CORONA BEATÆ ET IM-MACVLATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Cum Orationibus & Meditationibus, ſecundùm normam Fr. Minorum S. Franciſci de Obſeruantia.

His nouiſſimè acceſſêre *Officium de Immaculata* CONCEPTIONE eiuſdem Beatæ MARIÆ Virginis, *& Litaniæ pro felici morte.*

CRACOVIÆ,
In Officina Andreæ Petricouij, S. R. M. Typographi.
Anno M. DC. XXXI.



INVOCATIO S. SPIRITVS.

VENI sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, qui per diuersitatem linguarum cunctarum, gentes in vnitate fidei congregasti.

℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.

℟. Et renouabis faciem terræ.

ORATIO.

DEvs, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti da nobis quæ sumus in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper

consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

PRÆPARATIO *cordis, ante Orationem Coronæ B. M. V.*

In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

DOmine Iesu Christe, dignare me indignum peccatorem Matri tuæ debitam reuerentiam exhibere. Et tu amantissima Domina, impetra mihi à dilecto Filio tuo, vt sim semper deditus tuæ seruituti, & tibi omni

tempore vitæ meæ, dignas laudes mente pura & corpore promere valeam. Saluto te gloriosissima Dei genitrix Virgo Maria, cœlorum Regina, Angelorum Domina, ea salutatione, qua te salutauit Archangelus Gabriel: Aue MARIA, gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui IESVS. Humiliterque ac deuote supplico tibi, ô gloriosa Domina, vt ab eodem Filio tuo Domino IESV Christo, impetres mihi seruulo tuo, licet indigno & peccatori, vt in hac hora infundat mihi gratiam Spiritus sancti, qua purgatus ab omnibus peccatis meis,

& ſegregatus ab omnibus nociuis & prauis cogitationibus, delectationibus, & tẽtationibus, Coronam tibi dedicatam, ad laudẽ & gloriam eiuſdem dilectiſſimi Filij tui, ad honorem tuum, omniumque ſupernorum ciuium exultationem, necnon ad ſalutem animæ meæ, & fidelium omnium, tam viuorum quàm defunctorum promere valeam, tranquilla mente & in ſtatu gratiæ. *Credo.*

Gratiarum actio pro beneficio Creationis.

GRatias tibi ago Domine Deus, Pater omnipotens, Rex cœleſtis, qui me indignum famulum tuum, ad imagi-

maginem & ſimilitudinem tuam creare dignatus es, & vnicum cordis tui Filium, in mũdum pro ſalute noſtra miſiſti: pro quo tibi ſit laus, honor, decus & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pater noſter. Aue Maria.

Gratiarum actio pro beneficio Redemptionis.

GRatias tibi ago Domine Ieſu Chriſte, Fili Dei viui, qui me indignum peccatorem tuo ſanguine pretioſiſſimo redemiſti, & tuum corpus ac ſanguinem nobis in cibum & potum reliquiſti: pro quo tibi ſit laus, honor, decus & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

Gratiarum actio pro beneficio illuminationis, & ad S. Religionem vocationis.

GRatias tibi ago Domine Spiritus sancte Deus, qui me indignum peccatorem ad fidem sanctam, insuper ad sacram Religionem vocare dignatus es, & me à multis periculis animæ & corporis, & hactenus ab æterna damnatione per multa defluentem vitia præseruasti: pro quo tibi sit laus, honor, decus, & gloria, in sæcula sæculorum. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

CONTINET HÆC

Corona 8. Pater noster, & 72 Aue Maria, & vnum pro Summo Pont. continet præterea hæc septem.

1. Septem effusiones sanguinis Domini IESV Christi
2. Septem gaudia Virginis Mariæ.
3. Septem status triumphantium in cœlis.
4. Septem peccata capitalia.
5. Septem virtutes peccatis contrarias.
6. Septem dona Spiritus sancti.
7. Status militantium in terra.

ORATIO.

DOmine IESV Christe, ecce ego, tametsi indignus peccator, præcordiali affectu & mente deuota qua possum, humiliter & gratanter recolo omnia beneficia, mihi à te collata; specialiter creationis meæ nobilissimæ, redemptionis misericordissimæ, per tuam ignominiosissimam mortem crucis, & vocationis meæ benignissimæ ad sacrã fidem Catholicam, insuper ad hanc sacram religionem, in qua mihi miserrimo peccatori digneris, omnipotens Deus, dare remissionem omnium peccatorum meorum, veram vitæ meæ emendationem, abundanti-

am omnium bonorum spiritualium, mandatorum tuorum & votorum meorum obseruantiam, vitam honestam, cogitationes sanctas, fidem firmam, spem rectam, charitatem perfectam, patientiam & humilitatem, continentiã & simplicitatẽ, desideria cœli: & in tentationibus victoriam, cum finali perseuerantia vsq; in finem vitæ meæ. Amen.

SEQVITVR CORONA B. MARIÆ VIRGINIS, *cum Orationibus & Meditationibus.*

Primum Pater noster.

Aue IESV conditor, dulc

flos candoris, tuum sanguinem pretiosum fundens pro nobis.

Aue dulcis paruule dolens circumcisus, quem choro Angelico laudat Paradysus.

GRatias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua sanctissima Circumcisione: & precor te, circumcide in me omnem nociuam cogitationem, delectationem prauam, & tentationem. &c.

IESVS Christus pro nobis circumcisus, quem tu sanctissima Virgo Maria, Gabriele Archangelo nunciante, de Spiritu sancto concepisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc

habui-

habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis,



quo omnes sanctos excellis sublimitate, interdcedere digneris pro me misero peccatore

tore

rore ad eundem dilectissimũ Filium tuum, vt per sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima circumcisione, & per merita & intercessionem omnium Sanctorum Archangelorum & Angelorum, & præcipuè per intercessionem S. Michaelis, & S Angeli custodis & patroni mei, dignetur me tuus dilectissimus Filius purgare ab omnibus peccatis meis : præcipuè à peccato Superbiæ : adornare virtute Humilitatis, confirmare dono Spiritus sancti, timoris. Insuper ora sanctissima virgo Maria, dignetur tuus dilectissimus Filius, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, &

omnibus in sacris ordinibus existentibus : & præcipuè Pontifici Summo Romano N. cum omni Clero sibi commisso, Patriarchis, Cardinalibus, præsertim Protectore nostri Ordinis: Archiepiscopis, Episcopis, præsertim Episcopo nostro N. Canonicis, Parochis, Confratribus nostris & omnibus in quocunq; gradu & dignitate Ecclesiastica existentibus, per suam pijssimam misericordiam indulgere dignetur. Amen.

Gaude Virgo desponsata,
Ab Angelo salutata,
Credidisti firmiter.
Tunc Ancilla nominata,
Et à Deo impregnata,
Hunc portasti suauiter.

Primus Septenarius.

Decem AVE MARIA.



Antiphona.

Sancta & immaculata virginitas, quibus te laudibus effe-

efferam, nescio quia quem cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

℣. Angelus Domini nunciauit Mariæ.

℟. Et concepit de Spiritu sancto.

OREMVS.

DEVS, qui de Beatæ Mariæ Virginis vtero, Verbum tuum Angelo nunciante carnem suscipere voluisti: præsta, quæsumus, supplicibus tuis, vt qui verè eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem Dominum nostrum. &c.

Secundum Pater noster.

Aue IESV conditor, dulcis, flos

cis flos candoris, tuum sanguinem prætiosum fundens pro nobis.

Aue, qui purpureum sanguinem fudisti, cùm tormenta maxima futura vidisti.

GRatias tibi ago Domine IESV CHRISTE, pro tua sanctissima in horto desudatione; & precor te, da mihi in recordatione Passionis tuæ, vberem lachrymarum fontem irrigationem.

IESVS Christus pro nobis in horto desudatus, quem tu sãctissima Virgo Maria in vtero tuo portans, Elizabeth cognatã tuam visitasti Rogo te per illud ineffabile gaudi-

um, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis claritate: intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad tuũ dilectissimum Filium, vt per sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima in horto desudatione, & per merita & intercessionem omnium sanctorũ Patriarcharum & Prophetarum, & præcipuè per intercessionem S. Ioannis Baptistæ, dignetur me tuus idem dilectissimus Filius purgare à peccatis omnibus, & præcipuè à peccato inuidiæ, adornare charitate, confirmare dono Spiritus sancti, pietatis. Insuper ora sanctissima Vir-

ma Virgo Maria, dignetur tuus dilectissimus Filius misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus religionibus per totum mundum existentibus: præ-



cipuè in hoc Regno, & præsertim in hac ciuitate: præcipuè Religionis nostræ Patri Generali, Commissario, Prouinciali, specialiter Prælatis Prouinciæ nostræ, Sacerdotibus, fratribus omnib: tam Professis, quàm nouitijs, & qui ad hanc sanctam aspirant Religionem.

Gaude quia visitasti.
Elizabeth cum filio,
Cordis cum desiderio:
Cui gratis seruiuisti,
Magnificat decantasti.
Gaudens cum tripudio.

Secundus Septenarius.

Decem AVE MARIA.

Antiphona.

Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti, Creatorem mundi, genuisti qui te fecit, & in æternum permanes Virgo.

℣. Dignare me laudare te Virgo sacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMVS.

DEus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ Virginis, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus, vt sua nos defensione munitos, iucundos faciat suæ interesse cõmemorationi. Qui viuis, &c.

Tertium Pater noster.

Aue IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sanguinem pretiosum fundens pro nobis.

Aue cuius inclytum corpus est ligatum, & virgarum ictibus dirè verberatum.

GRatias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua sanctissima flagellatione, & precor te, da mihi in præsenti vita, pro peccatis meis paternam correctionem.

IESVS pro nobis flagellatus, quem tu sanctissima Virgo Maria absque omni dolore peperisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis,

lis, quo omnes sanctos excel-
lis voluntatem, intercedere
digneris pro me miserrimo
peccatore ad eundem di-



lectissimum Filium tuum: v

per sanguinem suum pretio-
sissimum, quem effudit in



sua sacratissima flagellatio-
ne, & per merita & interces-
siones omnium sanctorum.

Apostolorum & Euangelistarum: & præcipuè per intercessionem SS. Petri, Pauli, Ioannis Euangelistæ, Apostolorum, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato iræ: adornare virtute patientiæ, confirmare dono Spiritus sancti, scientiæ. Insuper ora sanctissima Virgo Maria, dignetur idem dilectissimus Filius tuus, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & meis parentibus, fratribus, sororibus, omnibusque mihi in consanguinitate & familiaritate adstrictis, & omnibus qui mihi vel nobis propter nomen tuum bene fecerunt & qui mihi recommendati

sunt, quos etiam conturbaui, grauaui, scandalizaui, verbis, factis, scienter, ignoranter, siue in carne adhuc viuant, siue iam sæculo defuncti sunt; omnes obsecro auxilium gratiæ Filij tui, opem eius consolationis, protectionem à periculis, liberationem à pœnis aduenire nobis sentiamus: vt ab omnibus malis erepti, gratias magnificas semper dulcissimo Filio tuo læti persoluamus. Amen.

Gaude quia Deo plena,
Peperisti sine pœna
Cum pudoris lilio.
Gaude, Deum generasti,
Pie natum adorasti,
Amplexando dulciter.

Quem fascia alligasti,
In præsepi reclinasti,
Lactando suauiter.

Tertius Septenarius.

Decem AVE MARIA.

Antiphona.

FOElix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima, quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster. Ora pro populo interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo sexu, sentiant omnes tuum iuuamen, quicunq; celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Post partum Virgo inuiolata permansisti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMVS.

DEvs, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præstitisti: præsta quæsumus, vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quā meruimus auctorem vitę suscipere, Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum. Qui tecum viuit, &c.

Quartum Pater noster.

Aue IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sanguinem pretiosum fundens pro nobis.

Aue, qui purpurea veste

circumdaris, & taliter derisus, spinis coronaris.



GRatias tibi ago Domine Iesu Christe pro tua sanctissima spinis coronatione

& precor te, imprime cordi meo sedulam, lachrymosam ac deuotam tuæ passionis recordationem.

IESVS Christus pro nobis spinis coronatus, quem tu sanctissima Virgo Maria à tribus Regibus adorari vidisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes sanctos excellis dignitate, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, vt per sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima spinarum coronatione, & per merita

omnium sanctorum Martyrum, & præcipuè per intercessionem S. Adalberti, Stanislai, Floriani, Venceslai, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato auaritiæ adornare virtute paupertatis, & totius mundi contemptu: confirmare dono Spiritus sancti, consilij. Insuper ora sanctissima Virgo Maria dignetur tuus dilectissimus Filius misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus Regibus & Principibus Christianis, & præcipuè Regi nostro Poloniæ, cum omni populo sibi commisso, omnibusque primarijs Regni huius, vt in vnitate fidei Catholicæ perseuerent,

uerent, omnibus nobilibus, & ignobilibus, ciuitatibus omnibus, præsertim huic ciuitati N. cum omnibus intra & extra eam existentibus, vt in prospero successu, in vera pace, in gratia eius, per suam pijssimam misericordiam conseruentur, à periculis omnibus defendantur, & ad vitam æternam perueniant. Amen.

GAude, stella demonstrari,
A Regibus adorari,
Conspexisti paruulum:
Affectibus uereri,
Muneribus protestari,
Deum factum seruulum.

Decem AVE MARIA.

Antiphona.



Christi virgo dilectissima virtutum operatrix inclyta, spem fer miseris, subuen

Domina clamantibus ad te iugiter.

℣. Reges Tharsis & Insulæ munera offerunt.

℟. Reges Arabum & Sabba, dona adducunt.

OREMVS.

COncede misericors Deus, fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem, &c.

Quintum Pater noster.

Aue IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sanguinem pretiosum fundens pro nobis.

Aue qui coccinea Chlamyde nudaris: & fractis vulneribus, totus cruentaris.



GRatias ago tibi Domine IESV Christe, pro tua ignomini-

mini-

miniosa crucis baiulatione, & dolorosa ante crucem despoliatione; & precor te, da mihi pro peccatis meis veram cordis cōtritionem, puram & lachrymosam oris cōfeßionem, dignam satisfactionem, veramq; ex omnibus emendationem.

IESVS Chtistus pro nobis crucem ignominiosè baiulando, crudeliter vestibus est despoliatus, quem tu sanctissima Virgo Maria quadragesimo die in templo præsentasti, & ipsius anno duodecimo, eum perditum post triduum in templo in medio Doctorum reperisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habui-

sti in

sti in terris, & per hoc quod
nunc habes in cœlis, quo o-
mnes sanctos excellis remu-
neratione, intercedere di-
gneris pro me miserrimo
peccatore, ad eundem dile-
ctissimum Filium tuum, vt
per suam ignominiosam cru
cis baiulationem, & per san
guinem suum pretiosissimũ,
quem effudit in sua doloro-
sa ante crucem despoliatio-
ne, & per merita quoque &
intercessiones omnium san-
ctorum Pontificum & Con-
fessorum, & præcipuè per
intercessionem omnium san
ctorum Doctorum & Con-
fessorum, S. Hieronymi, Bo-
nauenturæ, Ludouici, Fran-
cisci, Dominici, Bernardini,
Hyacinthi, Didaci, dignetur

me

me purgare ab omnibus pec-
catis meis, & præcipuè à pec-
cato Acediæ: adornare virtu-
te feruẽtis deuotionis, con-
firmare dono Spiritus sancti,
fortitudinis. Insuper ora san-
ctissima Virgo Maria, digne-
tur idem dilectissimus Filius
tuus misereri, & propitius
esse mihi maximo peccatori,
& omnibus benefactoribus
nostris, quorum vtimur elee
mosynis, quorum ille opti-
mè nouit nomina & necessi-
tates, vt illis, pro paruis ma-
gna, pro terrenis cœlestia,
pro tẽporalibus sempiterna
largiatur: & præcipue qui
mihi aliquid boni fecerunt
N. N. illis per suam pijssimã
misericordiam propitius es-
se dignetur. Amen

Gaude

Gaude, quod est præsentatus,
Per te fælix tuus natus,
Legis testimonio.



Mæsta multùm quæsiuisti.

Inter

Inter doctos inuenisti,
Anno eius duodecimo.

Decem Ave Maria.

Antiphona.

Sub tuum præsidium confugimus sãcta Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis cunctis, libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta.

℣. Diffusa est gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in æternum.

OREMUS.

Famulorum tuorũ, quæsumus Domine, delictis ignosce, vt qui tibi placere

de a

de actibus nostris non valemus, genitricis filij tui Domini nostri intercessione saluemur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum, &c.

Sextum Pater noster.

Aue IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sanguinem pretiosum fundens pro nobis.

Aue dulcor animæ, cruci conclauatus, & fellis amarissimi poculo potatus.

GRatias tibi ago Dne Iesu Christe, pro tua sanctissima crucifixione, manuū ac pedum crudelissima extensione, & pro tuis sanctissimis verbis, quæ pendens in cru-

ce dixisti: & precor te, da mihi, quicquid omnibus meis membris, cogitationibus, locutionibus, operationibus ac negligentijs deliqui, plenam indulgentiam ac remissionem peccatorū omnium.

IESVS Christus pro nobis crucifixus, quem tu sanctissima virgo Maria post triduum à mortuis resurgentem, & quadragesimo die ad cœlum ascendentem vidisti, & die Pentecostes Spiritum sanctum mittentem cognouisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cœlis, quo omnes Sanctos excellis propinquitate, intercedere

digneris pro me misero peccatore ad eundem dilectissimum Filium tuum, vt per



sanguinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua

sanctissima & acerbissima crucifixione, & per merita & intercessiones omnium sanctarum Virginum, & præcipuè per intercessionem S. Catharinæ, S. Cæciliæ, S. Dorotheæ, S. Barbaræ, S. Claræ, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato gulæ: adornare virtute temperantiæ, confirmare dono Spiritus sancti, intellectus. Insuper ora sanctissima Virgo Maria, dignetur idem dilectissimus Filius tuus misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus tribulatis, infirmis, tentatis, captiuis, & afflictis, & in quacunque necessitate positis, omnibus peccatoribus,

vt conuertantur qui discesserunt à fide Catholica, & gentibus agnitionem veritatis dare dignetur, omnibus meis persecutoribus, & qui me calumnijs afficiunt, & quos mea malitia scandalizaui, & cunctis in Ecclesia Catholica congregatis, omnibus nobis misereri & propitius esse vnigenitus Dei ac tuus Filius Iesus Christus dignetur. Amen.

Gaude quia tui nati,
Quem videbas mortē pati,
Fulget resurrectio.
Gaude Christo ascendente,
Qui in cœlum te vidente,
Motu fertur proprio.
Gaude quia Paracletus,

Missus

Missus fuit cœlitus,
In tuo collegio.

Decem AVE MARIA.



Antiphona.

Aue

Ave Regina cœlorum, Aue Domina Angelorũ Salue radix salue porta, ex qua mũdo lux est orta. Gaude virgo gloriosa, super omnes speciosa: Vale ô valde decora & pro nobis Christũ exora.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMVS.

Concede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mẽtis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per eundem Dominum, &c.

Tempore Paschali dicitur Antiphona, Regina cæli. *cum suo Versu & Oratione.*

Septimum Pater noster.

Aue IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sanguinem pretiosum fundens pro nobis.

Aue latus floridum rubri coloris: Ex te manant riuuli feruidi amoris.

Gratias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua sanctissima lateris apertione, & precor te, da cordi meo feruentem tui amorem, & dilectionem.

IESVS Christus pro nobis lancea in latere transfixus, à quo tu sanctissima Virgo Maria, cum anima & corpo-

re in cœlum assumpta fuisti.
Rogo te per illud ineffabile
gaudium, quod tunc habui-
sti in terris, & per hoc quod
nunc habes in cœlis, quo o-
mnes Sanctos excellis secu-
ritate, intercedere digneri
pro me misero peccatore, ad
eundem dilectissimum Fili
um tuum, vt per sanguinem
suum pretiosissimum, quem
effudit in sua sanctissima la
teris apertione, & per meri
ta & intercessiones omnium
sanctarum Mulierum ac Vi
duarum, & præcipue per in
tercessionem S. Annæ, S. Eli
zabeth, S. Heduigis, digne
tur me purgare ab omnibu
peccatis meis, & præcipue
peccato luxuriæ, adornar
virtute castitatis, confirma
re dono Spiritus S. sapien

riæ. Insuper ora sanctissima
Virgo Maria, dignetur tuus
idem dilectus Filius misere-
ri & propitius esse mihi ma
ximo peccatori, & omnibus
defunctorum animabus, præ-
cipue meorum parentum,
consanguineorum, fratrum,
sororum, familiarium, bene-
factorum, amicorum, tam
spiritualium, quàm carnali-
um, & omnibus animabus,
tam fundatorum & benefa-
ctorum huius loci, quàm o-
mnium qui in fide Catholica
decesserunt, & in purgato-
rio detinentur. Denique o-
mnibus in hac Ecclesia vel
Cæmiterio sepultis, & de-
mum omnibus in Purgato-
rio existentibus, requiem æ-
ternam donare digneris.
Amen.

Gaude, quæ post ipsum scandis,
Et est tibi honor grandis,
In cælesti solio.



Vbi fructus Ventris tui,

Per te detur nobis frui,
In cœlis palatio.
Gaude, quia consummaris,
A Filio inuitaris,
Deducta solenniter.
Super choros exaltata,
E pro nobis aduocata,
Firmata perenniter.

Decem AVE MARIA.

Antiphona.

SAlue Regina, mater misericordiæ; vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum, benedictum fructum ventris tui nobis post

hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.

℣. Exaltata es sancta Dei genitrix.

℟. Super choros Angelorum ad cœlestia regna.

OREMUS.

Beatæ & gloriosæ, semperque Virginis Mariæ, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam perducat æternam. Per Dominum. &c.

PATER NOSTER.

O Maria, mater mundi,
A peccatis simus mundi,
Per te plena gratia:
Virtutibusque fœcundis
Læti tecum & iucundi,
Simus nos in patria,
Per hæc septem gaudia. Amen.

Pater noster, & tria Aue Maria.

Recommendatio Coronæ.

Suscipere digneris Domine sancte Pater omnipotens hanc Coronam, quam ego indignissimus famulus tuus offero tibi, in memoriam passionis & effusionis preciosissimi sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Suscipere digneris, & in memoriam septem gaudiorum temporalium, & septem æternorum, gloriosissimæ genitricis eiusdem Filij tui vnigeniti Virginis Mariæ. Suscipere, inquam, digneris Domine sancte, Pater omnipotens, hanc Coronam, ad laudē & gloriam tui sanctissimi

nominis, ad honorem beatissimæ Virginis Mariæ, & in specialem honorem SS. Michaëlis Archangeli, & S. Angeli custodis mei, sancti Ioannis Baptistæ, S. Ioannis Apostoli & Euāgelistæ, S. Casimiri, Adalberti, S. Stanislai, sanctissimi Patris nostri Francisci, S. Catharinæ, S. Cæciliæ, S. Claræ, S. Annæ patronorum meorum, atque totius curiæ cœlestis exultationem. Et pro cuncto populo, quem acquisiuisti pretioso sanguine Filij tui, & pro me misero peccatore: pro remissione peccatorum nostrorum, pro expurgatione vitiorum, pro augmento virtutum, pro pace & sanitate fidelium populorum, pro fructibus terræ,

pro stabilitate Ecclesiæ, pro ordine sanctorum, pro conuersione & reuocatione peccatorum, & pro omnibus meis peccatis, vitijs & negligentijs, & pro emendatione vitæ meæ. Insuper suscipere digneris pro omnibus fidelibus tam viuis quàm defunctis, pro quibus scis & vis me oráſſe: oro, vt mihi & illis proficiat ad salutem, & vitam sempiternam. Amen.

Ad beatissimam Virginem, & Sanctos Dei.

OBsecro te etiam beatissima Dei genitrix, Virgo Maria, & te beatissime Pater Francisce, & vos SS. Bonauentura, & S. Bernardine,

patroni mei charissimi, o-
mnesque sancti electi Dei,
facite me exaudiri indignu
peccatorem pro omnibus il-
lis, pro quibus hanc oratio-
nem intentionaliter facio,
vt Dominus IESVS digne-
tur eis per meritum suæ pas-
sionis misereri; mihi vero
indigno peccatori velitis
impetrare veniam peccato-
rum, veram vitæ emenda-
tionem: Insuper impetrare
mihi gratiam, omnia mun-
dana spernere, & in solá cru-
ce Domini nostri delectari,
vt bene moriens, tandem
vos æternaliter valeam in
cœlis videre, & Dominum
Iesum Christum vobiscum
laudare in sæcula sæculorum.
Amen.

Oratio ad Dominnm IESVM *Christum.*

INsuper tibi gratias ago Do-
mine Iesu Christe, pro o-
mnibus laboribus, quos pro
me misero peccatore mise-
ricorditer sustinuisti, vt me
à damnatione liberares. In
ea charitate obsecro te Do-
mine IESV Christe, Rex
meus & Deus meus, vt sis
mihi placabilis super multi-
tudine peccatorum meorũ
& me miserum peccatorem
confirmare digneris in hac
religione sacra, ad quam me
propemodum indignum, sed
tuis miserationibus multis
& magnis vocare dignatus
es. Facias me quoque profi-
cere in omni adimpletione

mandatorum tuorum, & votorum meorum, videlicet Obedientiæ, Paupertatis, & sanctissimæ Castitatis mentis & corporis: & auge in me virtutem fidei firmæ, spei rectæ, charitatis perfectæ, patientiæ, humilitatis, mansuetudinis, iustitiæ, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, atque totius sanctitatis: liberare me quoque digneris à lingua nefandissima, labijs dolosis, & leuitate risus, omneque desiderium meum in amore terreno & carnali, extinguere digneris, & in tuo amore accendere, ac in deuota meditatione tuæ sanctissimæ passionis. Fac quoque Domine IESV Christe, quatenus omne tempus à te mihi impensum

fructuose dependam: studium discendi, & intellectum scripturæ, si tibi placet & expedit animæ meæ, mihi impartiri digneris, quatenus possim eo vti ad laudem & gloriam tui sanctissimi nominis, animæ meæ salutem, & proximorum meorum ædificationem. Auditoribus quoque omnium Prædicatorum Christianæ veritatis, maximè in hac Prouincia, & in hoc loco, Spiritus sancti gratiam infundere digneris, quæ corda eorum aperiat, & deuotè audire faciat, & cum mansuetudine suscipere insitum verbum. Quare supplices te conuenimus, Spiritus sancte Deus, qui es illuminator omnium venientem in hunc mundũ,

gneris me illuminare cœ-
m in anima & corpore,
uatenus possim boni ali
uid operari in hac vinea
ro gloria sanctissimi no-
ninis tui, animæ meæ salu
e, & proximorum meorum
ædificatione. Amen.

Tibi nos ô Maria commẽ-
damus.

Tu procura ne pereamus.
Amen.

COMMEMORATIO SEPTEM DOLORũ B.V. Mariæ, si quis de illis Coronam dicere vellet loco gaudiorum eius.

PRIMVS DOLOR.

AVe dulcis mater Christi,
Quæ dolebas corde tristi;

Te docente Simeone.
De dura mortis mucrone.
Sis memor huius doloris,
Nunc, & in omnibus horis:
Fac me piè memorari,
Pœnam mortis Iesu chari, Am.

SECVNDVS DOLOR.

AVE dulcis mater Christi,
In Ægyptum quæ fugisti:
Notis Vbi flens carebas,
Et labore tabescebas.
Nunc quæso sis exilij,
Tui memor ac filij,
Da te mihi & Filium
Tuum, post hoc exilium. Am.

TERTIVS DOLOR.

AVe dulcis mater Christi,
Quæ dolebas corde tristi,
Natum requirens inclytum.
Tribus diebus perditum.
Pro hac tua mæstitia,
Fac me in eius gratia

Inuentum per te pleniter,
Perseuerare iugiter. Amen.

QVARTVS. DOLOR.

Ave dulcis mater Christi,
Quæ dolens & flens vidisti
Captum, vinctum, dire cælum
Plenum probris dulcem Iesum.
Huius memor tristitiæ,
Mater misericordiæ,
Videns cruce oneratum,
Molestatum, fatigatum,
A dæmonis insidijs
Conseruatus sim cum tuis. Am.

QVINTVS DOLOR.

Ave dulcis mater Christi,
Quæ dolens & flens vidisti
Crucifixum speciosum,
Iesum factum ceu læprosum.
Per dolorem hunc tam forté,
Et per tui nati mortem,
In hora mortis vltima,
Adsis misericordissima. Am.

SEXTVS DOLOR.

Ave dulcis mater Christi,
Quæ de cruce suscepisti
Vlnis Iesum iam mortuum,
Piorum plena fletuum.
Me vlnis tuæ gratiæ,
Foue mater clementiæ:
Cum omnibus fidelibus,
Solamina poscentibus.
O Virgo carissima,
Nos omnes adiuua
Tuis sanctis precibus,
In nostris necessitatibus, Am.

SEPTIMVS DOLOR.

Ave dulcis mater Christi,
Quæ Filium tumulasti,
Ineffabiliter deplangendo,
Post mortem eius dolendo,
Sæpè loca videndo martyrij
Eius, plena suspirij.
Ob pœnas quas susceperas,
Ista loca dum videras,

Da sic post transitoria
Mihi locum in gloria. Amen.

IN honore nunc tantorum,
Cæterorumque dolorum.
Quos pro nato corde tristi
Virgo unquam pertulisti,
Meam tibi miseriam
Committens, serua animam:
Semperque sis doloribus,
Dulcis adiutrix omnibus.

O clemens, ô pia, ô dulcissima Virgo Maria, ô Maria stella cœli, scala paradisi, columna mundi, adiuua nos in omnibus necessitatibus nostris. Amen.

ORATIO.

MEmento obsecro, ô dulcissima ac innocentissima mater & Domina illius venerandæ stationis, qua benedicto Filio tuo Domino nostro astitisti in cruce pendenti. Reduc ad memoriam cogi-

cogitationes cordis tui, & innocentis animæ tuæ angustias, quas tunc habuisti, quando ille vnigenitus Filius tuus immolatus est, coram oculis tuis, & moriebatur in cruce. Recordare compassionis & acerbissimi doloris tui. Recogita quod omnes pœnas pro peccatoribus tolerare voluit, quorum primus ego sum: Ipse enim sua morte meruit vt essem frater suus. Non igitur dedigneris pijssima mater, quin ego sim filius tuus. Ad te igitur, ô vnica spes miserorum, confugio, plenus certa fiducia, humiliter obsecrans & in tuam singularem custodiam me ipsum & omnes necessitates meas nunc & in hora mortis meæ recommendans,

dans tanquam patronæ dignissimæ. Sis mihi & omnibus pro quibus orare teneor, in auxilium, & tutissimum præsidium, vt per tuam sanctissimam intercessionem, merita ac lamenta, Dominus IESVS, præterita peccata mihi, & omnibus nobis bene facientibus (etiam inimicis) indulgeat, præsentia emendet, & à futuris præseruet mortalibus, & à talibus, propter quæ gratiam Dei, & tuam, amittere debeamus. Impetra mihi, ô Virgo sanctissima, vnicum meum asilum, veram vitæ emendationem, purgationem conscientiæ, honestam & irreprehensibilem conuersationem, euitationem scandalorum, obseruationem

votorum meorum, dilectionem inimicorum, remissionem peccatorum, cum finali in bono perseuerantia. Præserua etiam me à subitanea morte, dans mihi per merita passionis IESV Christi, & tua lamenta, finem optimum vitæ meæ. Sis quoque mihi assistrix & adiutrix potentissima in agone mortis meę. O Virgo dignissima, ô mater misericordissima, ô in æternum benedicta, exaudi & adiuua me, propter Iesum dilectissimum, qui amore mei nudus in cruce pependit ante te. Respice igitur in me, ô mater pientissima, sicut te respexit in cruce Filius tuus Iesus. Qui viuit & regnat tecum in cœlis in æternum. Amen.

CORONA GLORIOSISSIMÆ DEIPARÆ VIRGINIS MARIÆ, *duodecim stellarum id est excellentiarum, quibus omnibus Sanctis in cælo præfulget eminentior, à S. Ioan. Apoc: 12. visa. Pro hac Corona frequentanda & conseruanda, V. P. F. Raphaël de Lgota, Anno Domini, 1521 impetrauit à Leone X. Fratribus Minor: de Obser: 12. millia Annorum, toties quoties ea intentione, 1. pro reuerentia Virginis, 2. pro summo Pontifice, 3 pro vniuersali Ecclesia, recitauerint.*

Oratio præparatoria ante Coronam, corde ruminanda, vel simul & ore recitanda.

O Excellētissima & dignissima semper Virgo, mater Domini nostri Iesu Christi, Regina mundi post Deū potētissima, sapiētissima, & clementissima, mater & aduocata nostra, quæ nullū despicis, licet fœdissimū peccatorem, sed omnibus sinū misericordiæ aperis, quicunque ad te contrito corde, humili & sincero recurrerint. Digneris nunc inclinare aures tuæ pietatis, indignis supplicationibus nostris; nā omnia potes dare, & impetrare: & recole ô mater misericordiæ, ad hoc tibi datum, & de Virgineo

corde tuo incarnatum, inexhaustum fontem misericordiæ, tibique commissum munus miserendi, vt omnibus miseris, miseriam suam coram te confitentibus, & misericordiam tuam postulantibus, misericorditer gratiam obtineas, multitudinemque peccatorum ac defectuum nostrorum charitate tua operias. Deprecor ergo te indignus, vt in supplementum indulgentiarum nostrarum, digneris orationes nostras tuis purissimis laudibus vnitas, in commemoratione virtutũ & excellentiarũ tuarum, quibus te ipsi altissimo Domino super omnes complacere recognoscimus, offerre, meq; recolẽtem eas ad gloriam Dei, & honorem tu-

um, ac salutem & pacem eorum, pro quibus tenemur vel intendimus, aut tu vis nos orare, digneris iuxta diuinum beneplacitum, & tuam liberalem munificentiam; earundem participem facere.

Pater noster Vnum.

Prima stella, prælectæ prædestinationis.

Aue per cor Iesu prædilecti filij tui candidissimum lilium fulgidæ semperque tranquillæ Trinitatis, speciosissima Maria, ab æterno in filiam Dei Patris prædestinata, in Matrem Dei filij prælecta, & in sponsam Spiritus sancti prædilecta, gratia plena, &c. ô certa post vnigenitum salus fidelium, ora Filium tuum, vt me quo

quæprædestinatum ab æterno, dignetur eligere, & nomen in libro vitæ meum scribere. Amen.

Secunda stella, singularis præseruationis.

Aue per cor Iesu prædilecti Filij tui, vernãs Rosa cœlestis amœnitatis, purissima Maria, ab omni prorsus labe peccati singulari priuilegio præseruata gratia plena, Dominus tecum, benedicta, &c ora pro me, spes mea, vt nos dignetur dilectus natus tuus, ab omnibus peccatis mortalibus, ad gloriam nominis sui, semper præseruare. Am

Tertia stella, summæ delectationis.

Aue per cor Iesu prædile-

cti Filij tui, Ancilla Domini solitaria, altissimæ Trinitati super omnes amantissima, & gratissima, Maria gratia plena, ô dulcedo cordis mei, effice precibus tuis, vt ipsi dulcissimo Domino nostro placeamus, & eum totis viribus spiritus, animæ & corporis diligamus. Amen.

Quarta stella. intimæ familiaritatis.

Aue per cor Iesu prædilecti Filij tui flagrantissima viola diuinæ suauitatis, secretissimi sponsi secretissima sponsa Maria, Deo ipsi super omnes animâ & corpore familiarissima, gratia plena, &c. ô dulce præsidium meum, fac nos tibi & Fi-

lio tuo, per vitæ sanctimoniam, & spiritus vnionem, familiares. Amen.

Quinta stella, Virgineæ fœcunditatis.

Aue per cor Iesu prædilecti filij tui, odoriferum Deitatis reclinatorium, virginea fœcunditate, & fœcunda virginitate admirabili Maria, gratia plena, Dominus, &c. ô tutum refugium meum, segrega mentem meam à desiderijs terrenis, & eam in amore rerum cœlestium fige, ad laudem vnigeniti tui sempiternam, Am

Sexta stella, maternæ electionis.

Aue per cor Iesu prædilecti Filij tui, mundissima D

Dei celia Maria, sola in matrem Dei electa, dignissimaque inuenta, de cuius virginei cordis purissimo sanguine carnem assumeret, gratia plena, &c. ô virgo decoris stupendi, impetra mihi perfectam cordis puritatem, vt sim ex eorum numero, quorum animas vnigenitus Dei Filius tuus dignetur inhabitare. Amen.

Septima stella, gratiæ plenitudinis.

Aue per cor Iesu prædilecti Filij tui amœnissima, paradysus cunctorum odore florum redolens Maria, omnibus gratijs diuinis super abundanter plena, Dominus tecum, benedicta tu, &c. ô deliciosissimum Diuinitatis

tabernaculum, reple cor nostrum, & ſenſum noſtrum ex plenitudine gratiæ tuæ, quam ad omnes diffundendum accepiſti. Amen.

Octaua ſtella, firmiſſimæ perſeuerantiæ.

Aue per cor Ieſu prædilecti filij tui, munitiſſima turris, omnium te laudantium in bono ſuper omnes ſanctos finaliter ſtabiliſſima Maria gratia plena, &c. ô vitæ meæ perfugium, adiuua me laborantem, protege me pugnantem, & confirma me vacillantem: te amet, te veneretur, tibi benedicat anima mea in æternum. Amen.

Octaua ſtella, immenſæ fructificationis.

Aue per cor Ieſu prædilecti Filij tui, exuberantiſſimus hortus, fructu ventris tui ſatians omnem creaturã in cœlo & in terra, fructuoſiſſima Maria, gratia, &c. ô Virgo admirabilis, dona mihi odorem ſanctæ conuerſationis ex te hauſtum apud omnes ſpirare, vt quantum in me eſt, nemini ſim grauis, neminem ſcandalizem, ſed omnes ad Dei amorem, ſuique & mundi cognitionem & contemptum, ex me prouocari poſſint. Am.

Decima ſtella, liberaliſſimæ potentiæ.

Aue per cor Ieſu prædilecti filij tui liberaliſſima clauigera, & potentiſſima diſpenſatrix theſaurorum Regni cœleſtis, Maria, per quã

Deus omnia largiatur, omnibus suas diuitias postulantibus, gratia plena, &c. ô certa in Deo fiducia mea, largire mihi gratiam de thesauris tuis, per quam tibi & Filio tuo placeam, Amen.

Vndecima stella, summæ reuerentiæ.

Aue per cor Iesu prædilecti Filij tui Regina illustrissima, cuius pedibus totus orbis iure prouoluitur, & omnis sexus & ætas meritò verticem inclinat tibi reuerendissima MARIA, gratia plena, Dominus tecum, &c. ô totius elegantiæ fœmina, assume me in seruum tuum, adopta me in Filium tuum, vt inter illos numerer, quos virgineo tuo pectori inscriptos amas, doces, dirigis,

confortas, illuminas, adiuuas, & protegis, Amen.

Duodecima stella, summæ præeminentiæ.

Aue per cor Iesu prædilecti filij tui Domina præcellentissima, & inter sanctos post Dominum, mundi potentissima, sapientissima, eminentissima, perspicacissima, affluentissima, efficacissima, speciosissima, & communissima MARIA, quâ vna post Dominum vniuersorum, nihil habet cœlestis curia in sua aula excellentius & admirabilius, gratia plena, &c. ô decies & millies beata, irradia mentis meæ intima, serenissimo vultus tui splendore, recollige serui tui dispersas cogitatio-

nes, & cor meum totum in laudibus tuis diuinis occupa, vt ipso dulcissimo filio tuo placere, & in æternum ipsum adorare, contemplari & frugitiuè amplecti mereamur Amen. Ita quæsumus, fiat sicut scis, vis, & potes, & sicut te iam sæpiùs fecisse grati & memores profitemur. Amen.

ORATIO.

AVe sanctissima Maria mater Dei, Regina cœli, porta Paradysi, Domina mundi; singularis & pura tu es Virgo. Tu concepisti Iesum sine macula. Tu peperisti creatorem & saluatorem mundi, in quo ego non dubito libera me ab omni malo, & ora pro peccatis meis. Am.

SEQVVNTVR LITANIÆ DE B. Maria, Loretanæ.

SVb tuum præsidium confugimus, S. Dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus nostris, sed à periculis cunctis, libera nos semper Virgo gloriosa & benedicta. Amen.

Beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.

Fili redẽptor mũdi Deus, mi.
Spiritus sancte Deus, misc.
S. Trinitas vnus Deus, mi
Sãcta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginũ, ora.
Mater Christi, ora.
Mater diuinæ gratiæ, ora.
Mater purissima, ora.
Mater castissima, ora.
Mater inuiolata, ora.
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Saluatoris, ora.
Virgo prudentissima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum iustitiæ, ora.

Sedes

Sedes sapientiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas insigne deuotionis, ora.
Rosa mystica, ora.
Turris Dauidica, ora.
Turris eburnea, ora.
Domus aurea, ora.
Fœderis arca, ora.
Ianua cœli, ora.
Scala Paradysi, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Consolatrix afflictorũ, ora.
Auxilium Christianorũ, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apostolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confessorum, ora.

D 7 Regi-

Regina Virginum, Ora.
Regina SS omnium, ora.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, &c.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo. Amen.
℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, vt qui Angelo nunciante Christi Filij tui incar-

incarnationẽ cognouimus, per passionẽ eius & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Dominum nostrum. Amen.

INCIPIT OFFICIVM DE BEATA V. MARIA.

Benedicta vocatum.

ANTIPHONA.

Benedicta tu. *Psal.*

DOMINE Dominus noster, &c. *Antiphona.* Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. *Antiphona.* Sicut myrrha. *Psal.* Cœli enarrant. *Antiph.* Sicut myrrha electa, odorem dedisti suauitatis, sancta Dei genitrix.

Antiph.

Antiph. Ante torum. *Psal.* Domini est terra. *Antiph.* Ante torum huius virginis, frequentate nobis dulcia cã tica dramatis. ℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum. ℟. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Pater noster, *secreto.* ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Absolutio. Precibus, & meritis beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum, perducat nos Dominus ad regna cœlorum, Amen.

℣. Iube Domine benedicere.
℟. Nos cum prole pia, benedicat Virgo Maria. Amen.

Lectio.

SAncta Maria Virgo virginum, Mater & filia Regis Regum omnium, tuum nobis impende solatium: vt cœlestis regni per te mereamur habere præmium, & cum electis Dei regnare in perpetuum. Tu autem Domine miserere nobis.

℟. Deo gratias.

℟. Sancta & immaculata Virginitas, quibus te laudibus efferam nescio; quia quẽ cœli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

℣. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Quia quem. &c.

℣. Iube Domine benedicere.
℟. Dei genitrix Virgo, defẽdat nos ab hoste maligno. Amen.

Lectio.

SAncta Maria, piarum piiſſima, intercede pro nobis ſãctarum ſanctiſſima, vt per te Virgo glorioſa, ſumat noſtra precamina, qui pro nobis ex te natus, regnat ſuper æthera, vt ſua pietate, noſtra deleantur peccamina. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Beata es Maria, quæ Dominum portaſti, Creatorẽ mundi. Genuiſti qui te fecit, & in æternum permanes Virgo. ℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, Genuiſti qui te fecit. ℣. Iube Domine benedicere ℟. Per Virginem Matrem, concedat nobis Dominus ſalutem & pacem. Amen.

Lectio.

SAncta Dei genitrix Virgo, quæ digne meruiſti cõcipere, quem totus orbis nequit comprehendere: quæſumus, tuo pio interuentu culpas noſtras abſolue, quo perennis ſedem gloriæ per te redempti valeamus ſcandere: vbi regnas cum eodem Filio tuo ſine tempore. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. ℟. Felix namque es ſacra Virgo Maria, & omni laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt Sol iuſtitiæ. Chriſtus Deus noſter. ℣. Ora pro populo: interueni pro clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque cele-

brant tuam sanctam comme
moratiorē. Quia ex te ortus
Gloria Patri. Christus Deus
noster.

CANTICVM SANctorum, *Ambrosii & Augustini, transmutatum in laudem gloriosissimæ Virginis Mariæ.*

A S. Bonauentura.

TE Matrem Dei laudamus: te Mariam Virginem profitemur.

Te æterni Patris sponsam omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli & Archangeli, tibi throni & principatus fideliter deseruiunt.

Tibi omnes potestates, & omnes virtutes cœli cœlorum

rum

rum, & vniuersæ dominationes obediunt.

Tibi omnes chori: tibi Cherubim & Seraphim exultantes assistunt.

Tibi omnis Angelica creatura; incessabili voce proclamat.

Sancta, Sancta, Sancta, Maria Dei genitrix, Mater & Virgo.

Pleni sunt cœli & terra maiestatis gloriæ fructus ventris tui.

Te gloriosus Apostolorum chorus: sui Creatoris matrem collaudat.

Te beatorum Martyrum cœtus candidatus: Christi genitricem glorificat.

Te gloriosus Confessorum exercitus: Trinitatis templum appellat.

Te san-

Te sanctarum Virginum chorea amabilis: virginitatis, & humilitatis exemplū prædicat.

Te tota cœlestis curia: cœli Reginam honorat.

Te per vniuersum orbem Ecclesia inuocando concelebrat.

Matrem diuinæ Maiestatis.

Venerandam te veram Regis cœlestis puerperam.

Sanctam quoque, dulcem & piam.

Tu Angelorum Domina, tu Paradysi ianua.

Tu scala regni cœlestis, & gloriæ: tu thalamus, & arca pietatis, & gratiæ.

Tu vena misericordiæ: tu sponsa, & mater regis æterni.

Tu templum & sacrarium

Spiritus

Spiritus sancti, totius beatissimæ Trinitatis nobile triclinium.

Tu mediatrix Dei & hominum: amatrix mortaliū, & cœlestium illuminatrix.

Tu agonizatrix pugnantium, aduocata pauperum: miseratrix, & refugium peccatorum.

Tu erogatrix munerum: superatrix ac terror dæmonum, & superborum.

Tu mundi Domina: post Deum sola spes nostra.

Tu salus te inuocantium: portus naufragantium: miserorum solatium: pereuntium refugium.

Tu mater omnium, beatorum gaudium plenum, post Deum, omnium supernorum ciuium solatium.

Tu

Tu promptrix iustorum, congregatrix errantium: promissio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum: præconium, & doctrix Apostolorum, & magistra Euangelistarum.

Tu fortitudo Martyrum: exemplar Confessorum; honor, & festiuitas Virginum.

Tu ad liberandum exulem hominem: Filium Dei suscepisti in vterum.

Per te, expugnato hoste antiquo, sunt aperta fidelibus regna cœlorum.

Tu cum Filio tuo sedes, ad dexteram Patris.

Tu ipsum pro nobis roga Virgo Maria, quem ad nos iudicandum credimus esse venturum.

Te ergo poscimus, nobis

tuis famulis subueni, qui pretioso sanguine Filij tui redempti sumus.

Æterna fac, pia Virgo, cum sanctis tuis, nos in gloria numerari.

Saluum fac populum tuum Domina, vt simus participes hæreditatis Filij tui.

Et rege nos, & custodi nos in æternum.

Per singulos dies, ô pia, te salutamus.

Et laudare te cupimus vsque in æternum, mente & voce.

Dignare dulcis Maria, nunc, & semper, nos sine delicto conseruare.

Miserere pia nobis, miserere pia.

Fiat misericordia tua magna nobiscum, quia in te Vir

go Maria confidimus.

In te dulcis Maria speramus: nos defendas in æternum.

Te decet laus, te decet imperium: tibi virtus, & gloria in sæcula sæculorũ. Am.

TE decet laus, te decet Hymnus, tibi gloria. Deo Patri & Filio, cum Spiritu sancto, in sæcula sæculorum. Amen.

Antiph. Aue Regina cœlorum, Aue Domina Angelorum: Salue radix, salue porta, Ex qua mundo lux est orta. Gaude Virgo gloriosa, super omnes speciosa. Vale ô valde decora: & pro nobis Christum exora.

℣. Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum, benedicta

dicta tu in mulieribus.

℟. Et benedictus fructus ventris tui.

OREMVS.

GRatiam tuam, quæsumus Domine, mentibus nostris infunde, vt qui Angelo nunciante Christi filij tui incarnationem cognouimus, per passionem eius, & crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Psalmus.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem

tionem meam ante ipsum pronuncio.

In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.

In via hac quã ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.

Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.

Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam.

Clamaui ad te Domine, dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.

Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.

Libera me à persequentibus me, quia confortati sunt super me.

Educ de custodia animam

meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Gloria Patri, &c.

Antiph. Salue sancte Pater Patriæ, lux, forma minorum, virtutis speculum, recti via, regula morum: carnis ab exilio duc nos ad regna Polorum. ℣. Ora pro nobis B Bater Francisce.

℟ Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMVS.

DEvs, qui Ecclesiam tuam B. Patris nostri Francisci meritis fœtu nouæ prolis amplificas, tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per. &c.

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro, in sæcula sæculorum. Amen.

Psalmus.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi po-

puli omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus, & metuāt eū omnes fines terrę.

Gloria Patri, &c.

Kyrie eleison. *Pater noster.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo. Amen.

Oremus pro Ministro nostro N.

℟. Dominus cōseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius.

℣. Memento congregationis tuæ. ℟. Quam possedisti ab initio. ℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te ve-

niat ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

OMnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Ministro nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEvs, qui nos à sæculi vanitate conuersos, ad brauiũ supernæ vocationis accendis: pectoribus nostris purificandis illabere, & gratiam nobis qua in te perseueremus, infunde, vt protectionis tuæ muniti præsidiis, quod te donante promisimus, impleamus: vt nostræ pro-

professionis executores effecti, ad ea quæ perseuerantibus in te promittere dignatus es, pertingamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMVS.

PIetate tua, quæsumus Domine, nostrorũ solue vincula peccatorum: & intercedente B. Maria, cum omnibus sanctis tuis, nos famulos tuos, benefactores, atque loca nostra in omni sanctitate custodi, omnesq; consanguinitate, affinitate, atq; familiaritate nobis cõiunctos, à vitijs purga, virtutibus illustra, pacem, & salutem nobis tribue, hostes visibiles, atque inuisibiles, remoue, carnalia desideria

repelle, aërem salubrem, atque fertilem, indulge; amicis, & inimicis nostris charitatem largire, atque ciuitatem & patriam istam, cum omnibus in ea habitantibus ab omni peste, fame, & bello, inimicorum feritate, & potentia illæsam conserua, & omnibus fidelibus viuis & defunctis, in terra viuentium vitam, & requiem æternam concede. Pontificem nostrum N. D. Protectorem, omnesque Prælatos, & cunctum populum Christianum, ab omni aduersitate custodi, & benedictio tua sit super nos semper. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

LITANIÆ DE NOmine IESV.

Kyrie eleison.

Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus,
Fili redemptor mundi Deus,
Spiritus sancte Deus,
Sancta Trinitas vnus Deus,
Iesu Fili Dei viui,
Iesu potentissime,
Iesu fortissime,
Iesu perfectissime,
Iesu gloriosissime,
Iesu mirifice,
Iesu iucundissime,
Iesu charissime,
Iesu pulchrior luna,
Iesu splendidior stellis,
Iesu delectabilis,
Iesu admirabilis,
Iesu honorabilis,

Miserere nobis.

Iesu humilime,
Iesu pauperrime,
Iesu mitissime,
Iesu patientissime,
Iesu obedientissime,
Iesu castissime,
Iesu amator castitatis,
Iesu amator pacis,
Iesu amator noster,
Iesu speculum vitæ,
Iesu exemplar virtutum
Iesu decus morum,
Iesu zelator animarum,
Iesu refugium nostrum,
Iesu Pater pauperum,
Iesu consolator afflicto-
rum,
Iesu thesaurus fidelium,
Iesu gemma pretiosa,
Iesu armarium perfecti-
onis,
Iesu bone pastor ouium,
Iesu stella maris,

Miserere nobis.

Iesu lux vera,
Iesu sapientia æterna,
Iesu bonitas infinita,
Iesu gaudiũ Angelorum
Iesu Rex Patriarcharũ,
Iesu inspirator Prophe-
tarum,
Iesu Magister Aposto-
lorum,
Iesu Doctor Euangeli-
starum,
Iesu fortitudo Martyrũ,
Iesu lumen Cõfessorum,
Iesu sponse Virginum,
Iesu corona Sanctorum
omnium,

Miserere nobis.

Propitius esto, Parce nobis Iesu.
Propitius esto, Exaudi nos Iesu.
Ab omni malo, Libera nos Iesu.
Ab ira tua, Libera nos Iesu.

Ab insidijs diaboli,
A peste, fame, & bello,
A transgressione mandatorum tuorum,
Ab incursu omniũ malorum,
Per incarnationem tuã,
Per aduentum tuum,
Per natiuitatem tuam,
Per circumcisionem tuã
Per labores tuos.
Per dolores tuos,
Per flagella tua,
Per mortem tuam,
Per resurrectionem tuã,
Per ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Per dulcissimam Virginem Mariam matrem tuam,
Per intercessionẽ omnium Sanctorũ tuorum

Libera nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Iesu.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis Iesu.

Iesu audi nos.

Iesu exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster. Aue Maria.

℣. Sit nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc nunc & vsque in sæculum.

ORATIO.

DOmine Deus, Pater omnipotens, qui iustis præ-

nia, & delinquentibus veniam promisisti, qui non vis mortem peccatorum, nec læ-taris in perditione morientium. Te suppliciter deprecor, vt mihi famulo tuo N. dones per merita sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, & omnium Sanctorum tuorum, & per tuam misericordiam, remissionem omnium peccatorum meorum, & perducas me ad illam pœnitentiam, per quam Dauid saluasti, & Petrum flentem respexisti, & Mariam Magdalenam mundasti. Expelle Domine Iesu Christe de corde meo, quæ tibi displicent, & talem mihi infunde amorem, vt te perfectè diligere, & timere possim, vt nec cogitem, vel desiderem, nisi

quod

quod tibi Domine placere cognouero Deprecor te beatissima Virgo Maria, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti, vt intercedas pro me. Deprecor & vos sanctos Archangelos, Michaëlem, Gabrielem, Raphaelem, & sanctos Angelos, nobis ad custodiam deputatos, cum ordinibus Angelorum, vt interueniatis pro me Petrum, Paulum, Andream, Ioannem, Iacobum, Thomam, Apostolosque omnes, Martyres, Confessores, Virgines, omnesq; Sanctos & electos Dei imploro, vt dignentur mihi patrocinari, quando ante tribunal æterni regis præsentatus ero ad iudicandum. Commendo tibi, pijssime

Chri-

Christe Iesu, omnes diligentes me, & qui mei curam gerunt, & qui mihi opem misericordiæ tribuunt, & omnes debitores meos, siue propinquos. Et etiam Domine, pro inimicis te peto, vt eos ad pacem conuertas, & veram pœnitentiam agere concedas. Deprecor te Domine Iesu Christe, vt omnes qui mei memoriam habent; & qui se indignis meis precibus commendauerunt, & qui mihi aliquid charitatis, vel pietatis impenderunt, seu & illos, qui consanguinitate, vel familiaritate, vel compassionis affectu mihi propinqui sunt, tam ipsos, qui nunc consistunt in corpore, quàm illos qui teguntur funere, misericordi-

corditer gubernare, & illos visitare iubeas, vt tibi fideliter seruiant, & ab omnibus tueantur aduersis: meque absoluas ab omnibus pœnis, & perducas ad requiem sempiternam. Et hoc magnificè supplico, vt cùm dies mortis meæ aduenerit, tu ipse qui iudicas, contra accusatores fias mihi defensor. Qui es benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Pater noster. Aue Maria.

SALVTATIO MEMbrorum Christi Domini.

SAlue tremendum cunctis potestatibus caput Domini Iesu Christi Saluatoris nostri, pro nobis spinis coronatum, & arundine percussum.

Salue speciosissima Saluatoris nostri Iesu Christi facies, pro nobis sputis, & alapis cæsa.

Saluete benignissimi Domini Iesu Christi Saluatoris nostri oculi, pro nobis lacrymis perfusi.

Salue mellifluum os, gutturque suauissimum Domini nostri IesuChristi, pro nobis felle & aceto potatum.

Saluete aures nobilissimæ Domini Iesu Christi, Saluatoris nostri, pro nobis contumelijs & opprobrijs affectę.

Salue collum humile Iesu Christi, pro nobis collaphizatum, dorsumque sanctissimum, pro nobis flagellatū.

Saluete venerabiles Domini nostri Iesu Christi manus & brachia, pro nobis in cruce extensa.

Sal-

Salue pectus mitissimum Domini Iesu Christi, Saluatoris nostri, pro nobis in passione conturbatum.

Salue latus gloriosum Domini nostri Iesu Christi, pro nobis lancea militis perforatum.

Saluete Domini Iesu Christi, Saluatoris nostri, sacra misericordiæ genua, pro nobis in orationibus flexa.

Saluete Domini IesuChristi, Saluatoris nostri, pedes adorandi, pro nobis clauis affixi.

Salue corpus totum Iesu Christi, pro nobis in cruce suspensum, vulneratū, mortuum, & sepultum.

Salue sanguis pretiosissime, de corpore Domini Iesu Christi, Saluatoris nostri,

pro

pro nobis effuse.

Salue sanctissima Domini nostri Iesu Christi anima, in cruce pro nobis in manus Patris commendata.

In eadem commendatione tibi commendo hodie, & quotidie, animam meam, vitam meam, cor, & corpus meum, omnes sensus, & actus meos, omnes amicos, benefactores, filios, & consanguineos meos, & animas parentum, fratrum, sororum, ac inimicorum meorum, vt nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus insidijs inimicorum nostrorum, visibilium & inuisibilium, nunc & in perpetuum. Amen.

Planctus B. Mariæ Virginis.

Stabat mater dolorosa.
Iuxta crucem lachrymosa,
Dum pendebat Filius.
Cuius animam gementem,
Contristantem & dolentem.
Pertransiuit gladius.
O quam tristis & afflicta,
Fuit illa benedicta,
Mater Vnigeniti.
Quæ mærebat & dolebat,
Et tremebat cùm videbat
Nati pœnas incly ti.
Quis est homo qui non fleret,
Christi matrem si videret
In tanto supplicio.
Quis non possit contristari,
Piam matrem contemplari,
Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis,
Vidit Iesum in tormentis,
Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natum
Morientem, desolatum,
Dum emisit spiritum.
Eia mater fons amoris,
Me sentire vim doloris
Fac, vt tecum lugeam.
Fac vt ardeat cor meum,
In amando Christũ Deum,
Vt sibi complaceam.
Sancta mater istud agas,
Crucifixi fige plagas,
Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati,
Tam dignati pro me pati,
Pœnas mecum diuide.
Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Iuxta crucem tecum stare,
Te libenter sociare,

In planctu desidero.
Virgo virginum præclara,
Mihi iam non sis amara,
Fac me tecum plangere.
Fac vt portem Christi mortem,
Paßionis eius sortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem filij.
Inflammatus & accensus,
Per te Virgo sim defensus,
In die iudicij.
Fac me cruce custodiri,
Morte Christi præmuniri,
Confoueri gratia.
Quando corpus morietur,
Fac vt animæ donetur,
Paradisi gloria. Amen.

℣. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransiuit
℟. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

ORATIO.

INteruenia t pro nobis, quæsumus Domine Iesu Christe, nunc & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam beata Virgo Maria mater tua, cuius sacratissimam animam in hora tuæ passionis doloris gladius pertransiuit: per te Iesu Christe Saluator mundi. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

LITANIÆ DE SANctis Angelis.

KYrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.

Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, Ora.
S. Virgo Virginum, Ora.
S. Michaël dux exercitus cœlestis, ora.
S. Michaël Princeps exercitus Domini, ora.
S. Michaël defensor assidue fidelium, ora
S. Michaël Ecclesiæ Dei custos & patrone, ora
S. Michaël Princeps & dux noster, ora.

S. Gabriel mysteriorum Dei annunciator, ora.
S. Gabriel specialis custos Matris Dei nostri, ora.
S. Gabriel pronube salutis nostræ, ora.
S. Raphael iter agentium dux fidelissime, ora.
S. Raphael dæmonis propulsator, ora.
S. Angele custos mi, comes tutelaris indiuidue, ora.
Sancti Angeli, qui Throno Dei assistitis, orate.
Sancti Angeli, qui semper Deo, Sanctus, Sanctus, Sanctus canitis, orate.
Sancti Angeli ciues beatæ Hierusalem, orate.
Sancti Angeli specula Dei splendidissima, orate.
Sancti Angeli mundi Rectores, Regnorum & populorum

rum Domini, orate
Sancti Angeli, amicorum Dei protectores, & tribulatorum consolatores, or.
Sancti Angeli, ad custodiam hominum destinati, ora.
Sancti Angeli, ex pœnitentia peccatorum lætantes, orate pro nobis.
Sancti Angeli, orationes nostras & bona opera Deo annunciantes, orate.
Sancti Angeli, morituris præsentes, orate.
Sancti Angeli, animarum purgatarum ad cœlum deductores, orate.
Omnes omnium ordinum beati Spiritus, orate.
A cunctis periculis per sanctos Angelos tuos, Libera nos Domine.
Ab omnibus insidijs inimi-

corum, Libera.
A subitanea & improuisa morte, Libera.
A peste, fame, & bello, Lib.
A morte perpetua, Lib.
Per sanctos Angelos tuos, tribuens nobis victoriam, viuis omnibus gratiam, defunctis auxilium & misericordiam, Libera.
Christe decus Angelorum, Parce nobis Domine.
Christe splendor virtutum Cœlestium, Exaudi nos Domine.
Christe beatitudo omnium spirituum cœlestium, Miserere nobis.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
℣. Exaltate Deum omnes Angeli eius.

℟. Qui facitis voluntatem Dei in aula sancta eius.

ORATIO AD S. *Michaëlem.*

DA nobis omnipotens Deus, beati Archangeli Michaëlis eatenus honore proficere, vt cuius gloriam prædicamus in terris, eius precibus adiuuemur in cœlis. Per Dominum nostrum. &c

ORATIO AD S. *Gabrielem.*

ABsterge, quæsumus Domine, Christiani populi caliginē tui luminis illustratione, & præsta, vt B. Gabrielis Archangeli tui salutatione & omnium Angelorum

tuorum protectione munitus, in tua semper visitatione clarescat. Per Dominum nostrum. &c.

ORATIO AD S. Raphaelem.

DEvs, qui B. Raphaêlem Archangelum, Tobiæ famulo tuo properanti præuiū direxisti, & inter huius vitæ ac viæ varietates atq; discrimina, donasti custodem, da quæsumus, vt eiusdem protegamur auxilio, quatenus & vitæ præsentis vitemus pericula, & ad gaudia peruenire valeamus cælestia. Per Dominum nostrum. &c.

ORATIO AD Angelum custodem.

OMnipotens sempiterne Deus, qui me, licet indignum, ad imaginem tuā creasti, & Angelum tuum sanctum ad mei custodiam deputasti, da mihi seruo tuo, illius ductu & custodia, malorum omnium, tàm animæ, quàm corporis periculis feliciter pertransire, & post huius vitæ curriculum ad gaudia sempiterna facias peruenire. Per Dominum nostrū.

Angele Dei, qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna, hodie illumina, custodi, rege, & guberna. Amen.

SEQVVNTVR HORÆ PARVÆ,

dicendæ Feria tertia, in honorē Sanctiss. Annæ.

AVE Maria, gratia plena, Dominus tecũ, gratia tua sit mecum: benedicta tu inter mulieres, & benedicta sit S. Anna mater tua, ex qua sine macula & peccato, tuum sanctum corpusculum processit: de quo natus est Iesus Christus. Amen.

AD MATVTINVM.

Domine labia mea, &c. Et os meum. &c.

Hymnus.

Aue mater matris Dei, quam salui fiunt rei. Aue prole fœcundata Anna, Deo dicata. Salue sponsa chara Dei, nam vt clara lux die solis datur lumine sic tu facis orbem verè tuæ prolis resplendere felici origine.

℣. O Maria mater Dei, mox tu succuras ei. Qui tuam felicem Annam colit genitricem.

ORATIO.

DEVS, qui beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es, vt gloriosissimã Virginem Mariam matrem tuam in vtero suo portare mereretur. Da quæsumus, vt per intercessionem ipsius, ac dilectissimæ filiæ suæ, matris tuæ, propitiationis abundantiam: vt per illarum

intercessiones sanctissimas, ab omni periculo corporis & animæ nos defendas, & ad gaudia cœlorum perducas. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuis & Regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Conclusio ad omnes Horas.

Te bendicimus ô sancta Anna, Iesu Christi auia: tu nos benedic cum tuo prole pia.

AD PRIMAM.

Oratio.

Aue Maria, vt supra.

Deus in adiutorium. &c.

Hymnus.

Aue Domina sancta Anna Deo dignissima Quæ clara inter cœlorum splendes aurea sydera.

Tu prece tua inclyta, nostra ablue crimina, & nobis deposce gaudia, tecum in cœli gloria.

℣. O inclyta S. Anna, succurre nobis metertia.

ORATIO.

DEVS, qui beatam Annam diu sterilem, prole voluisti gloriosa & humano generi salutifera fecundari: Da quæsumus, vt omnes qui in terris matrem & filiam venerantur, vtriusque præsentia & defensione, in hora mortis gaudere mereantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

AD TERTIAM.

Oratio.

Aue Maria, vt supra.

Deus in adiutorium. &c.

Hymnus.

O Beata mater matris, quæ est mater sui Patris, quã ab Angelo prædictam, peperisti benedictam: cuius benedictus fructus, purget crimen nostri luctus. O beata mater Anna, cœlicum porrige manna, post mortem tuis famulis. ℣. Ora pro nobis met tertia inclyta Anna, vt mundamur ab omnibus peccatis in hac vita.

ORATIO.

DEus, qui beatam Annam matrem tuæ genitricis fieri voluisti, præsta quæsumus, vt apud te meritis vtriusque, matris & filiæ, regna cœlestia consequamur. Qui viuis & regnas. &c.

AD SEXTAM.

Oratio.

Aue Maria, vt supra.
Deus in adiutorium.

Hymnus.

GAude felix mater Anna, per te detur nobis manna. Consoletur nos Christus in patria, fac vt fructũ videamus tui ventris, & dicamus Aue plena gratia. ℣. O beata Anna mater, succurre nobis mettertia, cũ tota Saluatoris nostri sancta prosapia.

ORATIO.

DEVS, qui beatam Annã, dilectæ genitricis tuæ matrem egregiam, ad cœlestis vitæ gaudia sublevasti,

fac nos quæsumus eius meritis gloriosis ad æternam pertingere beatitudinem, ex cuius puerperio pro salute mundi humanam dignatus es assumere carnem. Qui cum Patre. &c.

AD NONAM.

Oratio.

Aue Maria, vt supra.
Deus in adiutorium.

Hymnus.

AVE Anna gloriosa clarior syderibus, arbor vitæ tu frondosa, pulchrior præ omnibus, cuius vultum & decorem cōcupiuit Dominus: funde preces creatori pro tuis supplicibus. ℣. In omni tribulatione & angustia

nostra: Adesto nobis pia mater sancta Anna cum prole tua benedicta.

ORATIO.

DEVS, qui beatum Ioachim & beatissimam Annam per conceptionem beatissimæ & gloriosissimæ Virginis Mariæ lætificasti: lætifica, quæsumus, corda nostra per intercessionem eorum benignam: & concede, vt puro corde & casto corpore tibi seruire valeamus, & post præsentis miseriæ terminū, gaudium æternum possideamus. Per Christum Dominū nostrum.

AD VESPERAS.

Deus in adiutorium.

Hymnus.

O Lampas mundi, ô lumen cœli, felix Anna laude digna & benedicta Domina, cuius proles omnibus nobis Christum genuit, qui nos à nostris sordibus vnda cruoris abluit, & à cunctis hostibus nos sua morte eruit. O Anna sanctissima, pro nobis Christo supplica, vt tuis sanctis precibus, iungamur cœli ciuibus. ℣. O Maria mater Dei, mox tu succuras ei. Qui tuam felicem Annam colit genitricem.

ORATIO.

DOmine Iesu Christe Fili Dei viui, qui nō vis mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat, te humi-

humiliter deprecamur, vt non patiaris nos miseros peccatores propter nimia peccata nostra perire, quia creatura tua sumus, pro qua mortem in cruce subijsti. Sed per preces & merita gloriosæ Virginis Mariæ matris tuæ, & per merita & suffragia sanctorum, Ioachim & Annæ parentum eius, & S. Ioseph viri sui, nutritij tui, & S. Mariæ Iacobi, & Salome cognatarum eius, aliorumque consanguineorum, & affinium suorum: & per merita & intercessionem omnium sanctorum & electorum tuorum: da nobis spacium viuendi & pœnitendi, vt ad meliorem vitam per veram pœnitentiam peruenire valeamus, & eadem vsq;

in finem vitæ nostræ per auxilium gratiæ tuæ deuote perseueremus. Te præstante, qui cum Patre. &c.

AD COMPLETO-rium.

Conuerte nos, &c.
Deus in adiutorium. &c.

Hymnus.

ANNa pia mater Aue, cuius nomen est suaue, Anna sonat gratiam. Aue lesse radix floris, quæ cælestis das odoris perhennis fragrantiam. Aue parens stellæ maris, quam tu nuptam contemplaris Regis Regum filio. Tu quæ sola meruisti parens esse matris Christi, preces nostras suscipe. Tu nos mater

atque

atque Proli, Regi ac Reginæ Poli, commendare non desine. Amen. ℣. O inclyta mater sancta Anna, succurre nobis misertis.

ORATIO.

DEVS, qui nos patrem & matrem honorare præcepisti, & legem quam ipse statueras, nunquã trãsgredi voluisti. Honora hodie Auiam tuam beatam Annam, & matrem tuam dignissimam Mariam: per eas exaudi preces nostras, quas in honorem felicissimæ prosapiæ tuæ a te fundimus: & præsta, vt ipsorum meritis & precibus a nostris iniquitatibus celeriter resurgamus, & cœlestibus delitijs, tua gratia iusti-

ficati,

ficari, perfrui mereamur præstante, qui cum Patr Spiritu. &c.

PRO CONCLVSIO præcedentium dicatur Oratio.

SAlue sanctissima m Anna, cum tota Saluat ris nostri prosapia, & om um merentium consolat mitissima, salue. Ad te c mamus spem salutis quær tes. Ad te suspiramus in mundo tristes atque flent Eia ergo pijssima Domin tuam dilectissimam filia Dei genitricem Mariam nostris necessitatibus re nobis propitiam. Et Iesu fructum ventris ipsius, i pro peccatis nostris irasc

tem, mitiga. O clemens, ô pia, ô sanctissima mater Anna, succurre nobis mer tertia. ℣. Ora pro nobis beata mater Anna. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

ORATIO.

DEVS qui beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es. *Vt supra fol: 131.*

CORON
S. ANNÆ,
Matris Virginis *MARIÆ.*

Ista Corona continet se 10. Pater noster, & 3 Aue Maria.

Primò igitur dices Cred *tria* Pater noster, *ad hon rem S Annæ mettertiæ. D inde vnum*Pater noster, 3. Aue Maria. *Postea sub quentes Orationes. & si dices, quousq; decennarium complebis.*

ORATIO PRIMA.

AVe Maria, gratia plena, Dominus tecum, tua gratia sit mecum: benedicta tu es inter mulieres omnes: & benedicta sit mater tua sancta Anna, ex qua natũ est sine peccato, & absque macula, tuum sanctum dulce corpus, ex quo natus est Iesus Christus, Amen. Sancta Maria mater Dei castissima, cum Anna matre tua clementissima, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

ALIA ORATIO.

AVe Virgo Maria, gratia plena, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus, &

benedictus fructus ventr
ui Iesus Christus filius D
viui, splendor paternæ cl
itatis: & benedicti sint h
nestissimi parentes tui, Io
him & Anna, ex quibus
ne macula & peccato ori
nali, caro tua nobilissim
processit virginea, ora p
me misero peccatore, c
matre tua benignissima
nunc, & in hora, &c.

ALIA ORATIO.

AVe Maria, gratia ple
Dominus tecũ, benedi
tu in mulieribus. Et bene
cti sint parentes tui Ioach
& Anna, ex quibus proc
caro tua virginea sine ma
la, ex qua processit bene
ctus fructus ventris tui
sus Christus vnigenitus F

us Dei viui, Dominus noster. Ideo sancta Maria mater Dei purissima, ora pro nobis cum Anna matre tua felicissima, nunc, &c.

ALIÆ TRES ORAtiones, ad S. Annam, post Coronam ipsius dicendæ.

ORATIO PRIMA.

ORo te, ô felicissima matrona sãcta Anna, vt gratiam & fauorem tuæ sanctissimæ filiæ, eiusq; filij potentissimi, mihi impetrare digneris: grandis est enim in cœlo tua sublimitas: quando istud rimari volo, vehementissimo stupore reuerberor. Nam Reginæ cœlorum mater, aliarumq; beatarum,

necnon quinque senatoru
Apostolicorum, & assesso
eius: Puta vtriusque Iacob
Ioannis Euangelistæ, Sim
nis & Iudæ, insuper Iose
iusti cognata, prædicar
Quis igitur celsitudinem
tuæ beatitudinis cogitar
sufficiat, cuius propago n
solùm claritatem cælestis
rusalem contemplatur,
præ reliquis authoritate
immensa sublimatur?
quàm felix ego tuus pue
lus ero, si te ô serenissim
mater Anna interuentri
habuero: impossibile e
est, vt pro tuis deuotis or
do non exaudiaris, quæ
sublimi germine in cœl
gloria vallaris. Amen.

ALIA ORATIO.

O Beatissima Anna, radix atque initium salutis, veteris testamenti finis, & noui origo atque principium. O radix illa viua, ex qua virga florida processit, floremq; de cœlo in terram protulit: super quam requieuit Spiritus sanctus, per quem florem omnes floruimus, germenq; noui regni cœlestis & paradisi, facti sumus. Tu parens ac Auia Regis æterni. Tu mater Reginæ cœli. Tu fons ille perlimpidus, ex quo pars magna cælestium Principum promanauit. Te eligo, te colo, te denique pro viribus veneror. Quia tu omnibus te inuocantibus, subuenire præstò es. Tu tristes lætificas, tu pauperes ditas, la-

psos erigis, elisos restauras, infirmos sanas, exules fo-ues, miseros denique cunctos, in te confidentes, tueris & protegis, nec quenquam ad te anhelantem contemnis, nullius penitus votum, te aliquatenus colentis, inane relinquis. Adesto ergo mettertia sancta Anna, succurre, adiuua, libera indignum famulum tuum N nec sine me esse primum, quem in necessitatibus te inuocantem, sine adiutorio relinquas. Amen.

TERTIA ORATIO.

Salue mater Anna, ex te processit Virgo Maria, quę de cœlo suscepit prolem, & mundo genuit Saluatorem. O mater matris Saluatoris & re-

redemptoris. O matrona nobilissima, quæ iam regnas cum omnibus sanctis & Angelis in cœlesti gloria, ibidē semper memor esto mei, rogo funde preces pro me peccatore miserrimo, vt possim sociari tuo collegio, & per intercessionem Sanctissimæ Virginis Mariæ filiæ tuæ, & omnium Sanctorum, impetra mihi à Domino IesuChristo spacium pœnitendi, & ipsius venerabilis Sacramenti Eucharistiæ communionem, & citò post hanc vitam, impetra sempiternam. Amen.

LITANIÆ DE S. ANNA.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nob.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginũ, ora.
Saucta Anna, ora.
Parens Dei Matris, ora.
Auia Chriſti Ieſu, ora.

Regia progenies,
Arbor fructifera,
Sponſa fidelis,
Mulier fortis,
Sterilis feliciter,
Afflicta vtiliter,
Fœta miſericorditer,
Prudens diſpenſatrix,
Mulier benedicta,
Hera veneranda,
Matrona ſingularis,
Norma pudicarum,
Dux viduarum,
Decus coniugij,
Lucerna ſanctitatis,
Nobile depoſitum,
Theca theſauri,
Prona miſereri,
Feſtina ſuccurrere,
Docta compati,
Aſſueta tueri,
Sanguine generoſa,
Mente pretioſa,

Ora pro nobis.

Corde humilis,
Moribus gratiosa,
Sensu grauis,
Vultu clemens,
Affatu iucunda,
Actu operosa,
Mater Dominæ,
Mater desideratæ,
Mater immaculatæ,
Honor Patriarchis,
Amica Prophetis,
Deuota Apostolis,
Addicta Martyribus,
Pia Confessoribus,
Mater Virginibus,
Matrona fidelibus,
Mundi auxiliatrix,

Ora pro nobis.

Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.

Ab ira tua,
A damnatione perpetua
Per sanctam orationem Auiæ tuæ,
Per pretiosissima merita, & orationes matris tuæ,
Per sanctam Conceptionem, Natiuitatem, Passionem & mortem tuam,
Per lætissimam Resurrectionem & Ascensionem tuam,

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, Te rogamus audi nos.
Vt nobis indulgeas, Te ro.
Vt nos ab omni animæ & corporis periculo custodire digneris, Te rogamus audi nos.

Vt hunc sanctæ Annæ congregationem fouere & custodire digneris, Te rogamus audi nos.
Vt congregationes ac Societates cæteras, benedicere & augere digneris, Te.
Vt nobis in hora mortis misereri digneris, Te rog.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison

℣. Ora pro nobis beata Anna.
℞. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMVS.

DEus qui beatæ Annæ tantam gratiam, &c.

Antiphona de S. Simone Apostolo.

EStote fortes in bello, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum.
℣. Annunciauerunt opera Dei.
℞. Et facta eius intellexerunt.

ORATIO.

DA quæsumus omnipo-

tens & misericors Deus, vt beati Simonis Apostoli tui intercessione placatus, & gratiam tuam in nobis augeas, & tempora nostra disponas. Per Dominum, &c.

Oratio ad Sanctum Franciscum.

SAncte Francisce, Pater amande ac dilectissime, rogo te per sacra stigmata Domini nostri Iesu Christi, vt adiuues me regere quinque sensus corporis mei ad beneplacitum & velle Dei omnipotentis, & perfice in me regularem disciplinam, quam tu incepisti. Et obtine mihi à Domino Deo contritionem, deuotionem, fidem, spẽ, charitatem, humilitatem, patientiam, castitatem ani-

mæ & corporis, & sanctam obseruantiam in verbis & factis, & in omnibus his veram perseuerantiam: vt consummato vitæ pręsentis cursu, ad te peruenire merear, vbi tu gaudes de percepto præmio laborum tuorum: & vt tibi ibidem congaudere merear, vbi omnis tristitia exterminabitur, & omnis dolor effugiet, & sempiterna manebit lætitia: quam mihi Iesus Christus Mariæ Virginis Filius, per intercessionem tuam sancte Pater, concedat. Amen.

Oratio ad Sanctum Bernardinum.

SAncte & gloriose Bernardine, Cõfessor Domini no-

ſtri Ieſu Christi, & prædicator nominis eius feruentiſſime, rogo te per viſcera miſericordiæ eiuſdem Domini noſtri Ieſu Christi, vt ſubuenias mihi famulo tuo N. in omnibus anguſtijs & neceſſitatibus meis. Ad te nunc ſuſpiro, & cor meum erigo, teque mihi in patronum & aduocatum fideliſſimum eligo, tuæque protectioni animam meam & corpus cōmitto,& ſemper commendo Tu clementiſſime Pater, eſto mihi in tribulatione conſolator, in omni neceſſitate adiutor, in omnique tentatione refugium: ſuccurre mihi Pater ſancte, quatenus malos ac prauos mores & omnia peccata poſſim, velim, ſtudeamque vitare, ac vitam

meam ſine aliorum ſcandalo & omni infamia ducere, & in laudem Dei iugiter tranſigere, vt ita ad cœleſtem patriam quàm fæliciter peruenire, & faciem Ieſu Christi ſpecioſiſſimam iugiter cernere. Qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Antiphona ad beatum Patrem Simonem de Lipnica.

O Noua lux Poloniæ,
Clarum ſidus Cracouiæ
Feruens verna tu Mariæ,
Summæ matris clementiæ.
Florens Roſa munditiæ:
Felix proles Simon pie,
Franciſci obſeruantiæ:
Fer beate præſidium:
Tandem cæli nobilium,
Fac conſortes nos ciuium.

℣. Precare Deum beate pro

nobis Simon.
℟. Ne deuincat nos callidus dæmon.

ORATIO.

DA quæsumus, omnipotens & misericors Deus, vt beati Simonis Confessoris tui, præclara nobis merita proficiant, & tua gratia quam precamur, nos dignos efficiant, in qua firmati, tuæ gloriæ simus annumerati. Per Christum, &c.

Oratio ad eundem B. Simonem de Lipnica.

FElix beate Simon, qui iam transisti huius mortalitatis fructus, & peruenire meruisti ad portum perpetuæ quietis, securitatis, &

pacis; securus & tranquillus, semperque festinus atq; gaudens es. Obsecro te per tuam charitatem, qui securus es de te, sollicitus esto de nobis: securus es de tua immarcescibili gloria, sollicitus esto de nostra multiplici miseria: per ipsum te rogo qui te elegit, qui te talem fecit, de cuius pulchritudine iam satiaris, de cuius immortalitate iam immortalis factus es, & de cuius beatissima visione semper gaudes: esto iugiter memor nostri, subueni nobis miserrimis, qui adhuc in sacco huius vitæ circumstantibus agitamur procellis. Tu porta pulcherrima, qua in magnam surrexisti altitudinẽ, adiuua nos vile pauimen

tum longè inferiùs. Da manum, ô Minorum Decus, & erige iacentes super pedes, vt conualescentes de infirmitate, fortes efficiamur in bello: intercede & ora constanter, atque indesinenter, pro nobis miseris multumq; negligentibus peccatoribus, vt per tuas orationes tuo sancto consortio coniungamur. Sumus namque valdè fragiles, & nullius virtutis homunciones, animalia ventris, & carnis mancipia, in quibus vix aliquod virtutis vestigium apparet. Et tamen sub Christi Confessione positi, ligno crucis ferimur nauigantes per hoc mare magnũ & spaciosum, vbi sunt reptilia quorum nõ est numerus, vbi sunt animalia pusila cũ ma-

magnis, vbi est draco sæuissimus, semper paratus ad deuorandum, vbi sunt loca Scyllæ & Charibdis, & alia innumerabilia, in quibus naufragantur incauti, & in fide dubij. Ora Dominum, ora pijssime, ora beate Simon, vt tuis precibus meritisque adiuti, salua naue & integris mercibus, perueni re mereamur ad portum perpetuæ salutis, & continuæ quietis. Amen.

Hosii Cardinalis Precatio.

CAro tua sumus, ô Iudex viuorum & mortuorum; Sanguis tuus sumus: membra tua sumus qualiacunque tandem; Carnem tuam igitur ne despexeris: Carnem tuam odio ne habueris: Carnem

nem tuam, ne condemnaueris. Nulla est alia spes, nisi quia tua caro, nostra est; & quòd nos caro tua sumus. Non gloriamur de nostris meritis: in hoc solo gloriamur, & confidimus, quòd membra simus illius corporis tui, quod pro nobis passum, crucifixum, mortuum: & abundè pro peccatis totius mundi satisfecit. Quamobrem, si merita à nobis quæris, ecce proferimus tibi meritum passionis tuæ, meritum carnis tuæ, meritum mortis tuæ. Hæc sunt merita nostra, quæ tu clementissime Domine, nobiscum pro immensa benignitate tua communicare dignatus es. Secundùm hæc merita, à te iudicari postula-

mus: his meritis freti, coram tribunali tuo nos intrepidi sistimus: nostra sunt, quia nostri sunt capitis: nostri sunt corporis, cui per lauacrum regenerationis, in virtute sanguinis tui, incorporati sumus. Hæc merita ponimus intra nos & iudicium tuum: Aliter iudicio tecum contendere recusamus. Protestamur & rogamus, ne intres in iudicium cum seruis tuis: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens; sed fac nobiscum secundùm magnam misericordiam tuam, cui misereri ac parcere proprium est. Qui viuis & regnas cum. &c.

PRÆPARATIO AD MISSAM SECVNDVM MISSALE ROMANVM.

GREGORIVS XIII. PONT: MAX: CVILIbet *sacerdoti infra scripta verba dicenti, concesſit quinquaginta annorum indulgentiam.*

EGo volo celebrare Missam, & conficere corpus & sanguinem Domini nostri IESV CHRISTI, iuxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis DEI, totiusque Curiæ triumphantis, & ad vtilitatem meam, totiusque Curiæ militantis, pro omnibus qui

se commendauerunt orationibus meis in genere & in specie, & pro felici statu S. Romanæ Ecclesiæ. Amen.

GAudium cum pace, emẽdationem vitæ, spatium veræ pœnitentiæ, gratiam & consolationem sancti Spiritus, perseuerantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. Amen.

Oratio ante vel post Missam.

PAter cœlestis, clementissime Domine, Pater misericordiarum, suscipe hodie per manus serui tui Sacerdotis, licet indigni, sacrosanctum sacrificium, ve-

um corpus & sanguinem v-
igeniti Filij tui Domin
nostri IESV CHRISTI, in
atisfactionem & remissio-
em omnium peccatorum
neorum, in salutem & for-
itudinem animæ meæ, & to-
ius domus meæ, & omnium
llorum, quibus obligatione
aliqua teneor, & omnium
Dominorum Prælatorum,
Prædicatorum, Sacerdotum
& Religiosorum Catholicæ
fidei, vt eis gratiam Spiri-
tus sancti impertiri digne-
ris, ad salutem animarum
& regimen totius populi
Christiani: & omnium pec-
catorum huius mundi, vt e-
os conuertas & ducas ad vi-
tam salutis: in cōsolationem
omnium tribulatorum, vt e-
is adiutorium & veram pa-

tientiam tribuas: in refri-
gerium & liberationem o-
mnium animarum existen-
tium in purgatorio, & ma-
ximè illarum quæ auxilium
à me expectant: & ad illumi-
nationem & conuersionem
omnium gentium infideliū
& Hæreticorum & schisma-
ticorum, vt cognoscant & a-
ment te, summam veritatem,
Patrem omnipotentem: qui
cum Filio & Spiritu sancto
es laudabilis Deus in sæcula
sæculorum. Amen.

ORATIO.

Cordibus nostris, quæsu-
mus Domine, gratiæ tuæ
lumen infunde, vt quæ agen-
da sunt, te inspirante videa-
mus, & quæ tibi sunt placita,
te adiuuante adimpleamus.

ACCESSVS AD MISSAM,

pro opportunitate Sacerdotis faciendus.

Antiphona.

NE reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neq; vindictã ſumas de peccatis noſtris.

Pſalmus 83.

QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea: exultauerũt in Deum viuum.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum

ſibi, vbi ponat pullos ſuos.

Altaria tua Domine virtutum: Rex meus & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius eſt auxilium tuum abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lachrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies vna

in atrijs tuis: super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri. &c.

Psalmus 84.

BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram

tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos: & in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius: vt

inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem; & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 85.

INclina Domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum, Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in Dijs Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunq; fecisti, venient & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu:

& faciens mirabilia tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me: & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator & misericors: patiens & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me & miserere mei; da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Gloria Patri. &c.

Psalmus 115.

CRedidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddã coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

O Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino reddã in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini in medio tui Hierusalem.

Gloria Patri. &c.

Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis ...

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsq; ad noctem: speret Israel in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius.

Gloria Patri. &c.

Antiphona.

NE reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentũ nostrorũ: neq; vindictam

umas de peccatis nostris.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster.
℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Ego dixi Domine miserere mei.
℟. Sana animam meam quia peccaui tibi.
℣. Conuerte Domine aliquãtulum.
℟. Et deprecare super seruos tuos.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum sperauimus in te.
℣. Sacerdotes tui induantur iustitiam.
℟. Et sancti tui exultent.

℣. Ab occultis meis munda me Domine.
℟. Et ab alienis parce seruo tuo.
℣. Domine exaudi orationem meam
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

AVres tuæ pietatis, mitissime Deus, inclina precibus nostris, & gratia sancti Spiritus illumina cor nostrũ: vt tuis misterijs digne ministrare, teq; æterna charitate diligere mereamur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem

sancti Spiritus cogitationes cordis nostri: vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

Vre igne sancti Spiritus renes nostros, & cor nostrum Domine: vt tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus.

Mentes nostras quæsumus Domine Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & induat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis quæsumus Domine, virtus Spiritus sancti, qui & corda nostra clementer expurget, & ab omnibus tueatur aduersis.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de e-

ius semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras quæsumus Domine, visitando purifica: vt veniens Dominus noster Iesus Christus Filius tuus, paratam sibi in nobis inueniat mansionem. Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia sęcula sæculorum. Amen.

ORATIO S. *Ambrosij Episcopi.*

SVmme Sacerdos, & verè Pōtifex Iesu Christe, qui te obtulisti Deo Patri hostiam puram & immaculatam in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quippè dedisti nobis carnem tuam ad

manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium illud in virtute Spiritus sancti, dicēs: Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Rogo te per tuum sanguinem pretiosum, rogo per hanc miram & ineffabilem charitatem, qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos à peccatis nostris sanguine tuo. Doce me seruum tuum indignum, quem inter cætera dona tua, ad officium sacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiæ tuæ: Doce me quæso per Spiritum sanctum tuum, tantum tractare mysterium, ea reuerentia & honore, eaq; deuoti-

one & timore, quibus oportet & decet. Fac me Domine Iesu Christe per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere & intelligere: sentire & firmiter retinere, dicere & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret Spiritus tuus bonus in cor meum, qui sonet tibi sine sono, & sine strepitu verborum loquatur omnem veritatem tantorum mysteriorum: profunda sunt quippe nimis & sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam, concede mihi hodie & semper Missarum solemnia puro corde & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & nefandis, vanis & noxijs cogitationibus. Muni me

beatorum Angelorum pia & fida tutela, atque fortissima custodia, vt hostes omnium bonorum, confusi discedant per virtutem tanti mysterij. Et per manum sancti Angeli tui, repelle à me Domine Iesu Christe, & à cunctis seruis tuis, durissimum spiritum superbiæ, Cenodoxiæ, inuidiæ, iracundiæ, fornicationis & immunditiæ, dubietatis & blasphemiæ. Confundantur qui me persequũtur, pereant illi qui perdere cuncta festinant.

Feria Secunda.

REx virtutũ, amator castitatis, & integritatis, omnipotens Deus, cœlesti rore benedictionis tuæ, extingue in corpore meo eorum fomi-

fomitem ardentis libidinis, vt maneat in me tenor totius castitatis animæ & corporis. Mortifica in membris meis carnis stimulos, & omnis libidinis commotiones: & da mihi veram & perpetuam castitatem, cum cœteris bonis tuis, quæ tibi placent in veritate: vt sacrificium laudis casto corpore, & mundo corde valeam tibi offerre. Quanta enim Domine IESV CHRISTE cordis contritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, & animæ puritate istud diuinum & cœleste sacrificium est celebrandum, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibitur: vbi summis

ima coniunguntur: vbi adest præsentia sanctorum Angelorum: vbi tu es sacerdos & sacrificium, mirabiliter & ineffabiliter cõstitutus? Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu Deus omnipotens offerentem feceris dignum? Scio & vere scio, & ipsum pietati tuæ confiteor, quia non sum dignus accedere ad tantum mysterium, propter nimia peccata mea, & infinitas negligentias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, & ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui solus potes mundum facere de immundo conceptum semine, & de peccatoribus iustos facis & sanctos.

Feria Tertia.

PEr hanc omnipotentiam tuam te rogo: vt concedas mihi peccatori hoc cœleste sacrificium celebrare cum timore & tremore; cum cordis puritate & lachrymarum fonte; cum lætitia spirituali & cœlesti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinem beatissimæ præsentiæ tuæ, & excubias sanctorum Angelorum tuorũ in circuitu meo. Ego enim Domine memor venerandæ passionis tuæ, accedo ad altare tuum licet peccator, vt offeram tibi sacrificium, quod tu instituisti, & offerri præcepisti in commemorationem tuam pro salute nostra.

Feria Quarta.

SVſcipe ergo iſtud quæſo ſumme Deus, dulciſſime IESV CHRISTE, pro Eccleſia tua ſancta, & pro cuncto populo tuo, quem acquiſiuiſti ſanguine tuo pretioſo. Et quoniam me peccatorē inter te & eundem populum medium eſſe voluiſti, licet in me boni operis teſtimonium non agnoſcas: officium diſpenſationis creditæ non recuſes; nec per me indignum famulum tuum, eorum ſalutis pereat pretium, pro quibus victima factus ſalutaris, dignatus es eſſe redemptio. Profero ergo Domine (ſi dignaris propitius intueri) tribulationes plebium: pericula populorum: captiuorum

rum gemitum: miſeriam orphanorum: neceſſitates peregrinorum: inopiam debilium: deſperationes languentium: defectus ſenum: ſuſpiria iuuenum: vota virginum, lamenta viduarum.

Feria Quinta.

TV enim miſereris omnium Domine, & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtantia, quia tu Pater noſter es, ne iraſcaris ſatis, neq; multitudinem viſcerum tuorum ſuper nos contineas. Non enim in iuſtificationibus noſtris proſternimus preces noſtras ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer à nobis Domine, iniquitates noſtras, & ignē ſancti Spiritus in nobis cle-

nenter accende. Aufer cor lapideum de carne nostra, & da nobis cor carneum, quod te diligat & honorificet, te delectetur, te sequatur, & te perfruatur. Oramus Domine clementiam tuam, vt sereno vultu familiam tuam, sacri tui nominis officia prestolantem aspicere digneris: & vt nullius sit irritum votum, nullius vacua postulatio, tu nobis preces suggere, qæas ipse audire propitius, & exaudire delecteris.

Feria Sexta.

ROgamus etiam te sancte Pater, pro spiritibus fideliũ defunctorũ, vt sit illis salus æterna, ac perpetua sanitas, gaudium & refrigerium sempiternum, hoc magnum pietatis sacramentum. Domine Deus meus, sit illis hodie magnum & plenum gaudium de te pane viuo & vero, qui de cælo descendisti, & das vitam mundo, de carne sancta & benedicta, agni videlicet immaculati, qui tollit peccata mundi, & potari de fonte pietatis tuæ, qui per lanceam militis de latere emanuit crucifixi Domini nostri, vt consolati exultent in laude & gloria tua sancta. Peto Domine clementiam tuam, vt descendat super hunc panem & calicem istum plenitudo tuæ diuinitatis. Descendat etiam Domine, illa sancti Spiritus tui inuisibilis forma & incomprehẽsibilis maiestas, sicut quondam in Patrum

hostias descendebat, qui & oblationes nostras corpus & sanguinem tuum efficiat, & me indignum sacerdotem tuum doceat tantum tractare mysterium, ita vt placidè & benignè sacrificium suscipias de manibus meis ad salutem omnium, tam viuorum quàm defunctorum. Rogo te Domine per ipsum sacrosanctum mysterium corporis & sanguinis tui, quo quotidie in Ecclesia tua pascimur, atq; vnius tuæ summæque diuinitatis participes efficimur, quatenus des mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus, bona conscientia ad altare tuum accedam, ita vt hæc cœlestia sacramenta efficiantur mihi salus & vita. Tu enim dixi-

sti ore tuo sancto & benedicto; Panis quem ego dedero, caro mea est pro mundi vita. Et, qui manducat me, viuet propter me: ipse manet in me, & ego in eo. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.

Sabbatho.

PAnis dulcissime, sana palatum cordis mei, vt sentiam suauitatem amoris tui Sana me ab omni languore, vt nullam præter te amem pulchritudinem. Panis candidissime, habens in te omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem, qui nos semper reficis: comedat te cor meum, & dulcedine sa-

poris tui, repleantur viscera animæ meæ. Manducat te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de cœlo, & das vitam mundo, veni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis & spiritus. Intra in animam meam: sana & sanctifica me interius & exterius. Esto tutamentum & perpetua salus corporis & animæ meæ. Repelle à me insidiantes mihi: hostes recedant procul à præsentia tua, vt foris & intus per te munitus, recto tramite perueniam ad tuum regnum; vbi non in mysterijs, sicut in hoc tempore,

agitur, sed faciem ad faciem te videbimus, cùm tradideris regnum Deo Patri, & Deus erit omnia in omnibus. Tunc me de te satiabis satietate mirifica, vt nec esuriam, nec sitiam in æternum. Qui cum eodem Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas, in sæcula sæculorum, Amen.

Alia Oratio Sancti Ambrosij

AD mensam dulcissimi cõuiuij tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de proprijs meritis nihil præsumens, sed de tua confidens misericordia & bonitate, accedere vereor, & contremisco. Nam & cor, & corpus

habeo multis criminibus maculatum: mentem & linguam non cautè custoditam. Ergo ô pia Deitas, ô tremenda maiestas, egò miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiæ recurro: ad te festino sanandus: sub tuam protectionem fugio: & quem iudicem sustinere nequeo, Saluatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo: tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa & magna, pro quibus timeo. Spero misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiæ tuæ Domine IESV CHRISTE, Rex æterne, Deus & homo, crucifixe propter hominem. Exaudi

me sperantem in te: miserere mei pleni miserijs & peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salue salutaris victima, pro me, & omni humano genere, in patibulo Crucis oblata. Salue nobilis & pretiose sanguis, de vulneribus Crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, & peccata totius mūdi abluēs. Recordare Domine creaturæ tuæ, quā tuo sanguine redemisti: pœnitet me peccasse: cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me clementissime Pater, omnes iniquitates & peccata mea: vt purificatus mente & corpore, dignè degustare merear sancta sanctorum: & concede, vt sancta prælibatio corporis &

sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio: sit delictorum perfecta purgatio: sit turpium cogitationum effugatio, bonorumq; sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animę quoque & corporis cōtra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

ORATIO S. THOMÆ Aquinatis.

OMnipotēs sempiterne Deus, ecce accedo ad Sacramentum vnigeniti filij tui Domini nostri Iesu Christi. Accedo tanquam infirmus ad medicum vitæ, immundus ad fontem misericordię, cœcus ad lumē claritatis æ-

ternæ, pauper & egenus ad Dominum cœli & terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuæ abundantiam; quatenus meam curare digneris infirmitatem, leuare fœditatem, illuminare cœcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem: vt panem Angelorum, Regem regum, Dominum dominantium, tanta suscipiam cum reuerentia & humilitate, tanta contritione & deuotione, tanta puritate & fide, tali proposito & intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi quæso Dominici corporis & sanguinis, non solùm suscipere sacramentum, sed etiam rem & virtutem Sacramenti. O mitissime Deus, da mihi corpus vnigeniti Filij tui

Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, vt corpori suo mystico merear incorporari, & inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, reuelata tandem facie perpetuò contemplari. Qui tecum viuit & regnat, &c.

ORATIO AD *Sanctum, cuius eo die festum celebratur.*

O Sancte N. ecce ego miser peccator de tuis meritis cõfisus, offero nunc sacratissimum Sacramentum corporis & Sanguinis Domini

nostri Iesu Christi, pro Dei honore & gloria & precor te humiliter ac deuotè, vt pro me hodie intercedere digneris, quatenus tantum sacrificium dignè, ac meritoriè offerre valeam, eumque tecum, & cum omnibus electis eius, æternaliter laudare, & cum eo regnare valeam, Amen.

Responsorium.

PAter, peccaui in cœlum, & coram te, & præ multitudine peccatorum meorũ, iam non sum dignus vocari filius tuus, imò nec seruus, nec oculos ad cœlum leuare. Fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. ℣. Quanti mercenarij in domo Patris mei abundant panibus, ego au-

tem hîc fame pereo? Surgam & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. ℣. Gloria Patri, &c. Fac me sicut.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Ab occultis meis munda me Domine.

℟. Et ab alienis parce seruo tuo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

Adesto mihi verũ & sempiternũ lumen, omnipotens Pater, Fili, & Spiritus

san-

sancte, sancta & gloriosissima Trinitas vnus Deus creator omnium. Adesto beatissima Dei genitrix Virgo Maria, & omnes Sancti electi & amici Dei, totaq; cœlestis curia; Adestote, aduertite & docete me, ad dignè immolandum & sacrificandum diuinum sacrificiũ corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, ad Dei laudem, gloriam & honorem, totiusq; curiæ cœlestis exultationem, pro salute animæ meæ, & omnium parentum, amicorum & benefactorum meorum: pro pace, concordia, & salute totius populi Christiani: pro consolatione, protectione ac defensione, & prouisione, in spiritualibus, & tempo

ralibus

ralibus huius sacri loci, atque pro directione omnium cogitationum, locutionum, operationum, ac negotiorum nostrorum, ad Dei laudem, gloriam & honorem. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

ORATIO S. *Martini Papæ.*

O Domine Iesu Christe Fili Dei viui, miserere mihi misero peccatori, & omnibus seruis tuis, qui tibi hodie sacratissimum ac pretiosissimum salutis nostræ pretium, pretiosi videlicet corporis & sanguinis offerunt Sacramentum. Et da nobis gratiam, virtutem, & fortitudinem immolandi, offerendi, ac sumendi, hoc sa-

crosanctum corpus & sanguinem tuum in fide recta, spe firma, & charitate perfecta, cum augmento humilitatis & patientiæ, obedientiæ, castitatis, ac totius sanctitatis. In honorem & laudem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Beatissimæ Virginis Mariæ, in gaudium Sanctorum Archangelorum & Angelorum, Patriarcharum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum, & omnium Sanctorum atque electorum tuorum, iam in æterna patria lætantium: & præsta, vt sicut illos iam pleno & sereno splendore vultus tui sine defectu satias: sic nos degentes in hac miseria, tua gratia reficias: & eos qui in pœnis sunt purgato-

rij ac ibi æstuant, tua misericordia eripias: & sicut es illis in gaudium; sic nobis huius vitalis sacramenti perceptio sit in subsidium, & his qui in pœnis sunt in refrigerium. Miserere igitur clementissime Domine Iesu Christe, per huius viuifici sacramenti virtutem, sanctæ & vniuersali Ecclesiæ: & omnia mala, scilicet hæreses, discordias, & dissensiones ab ea euelle, errantesque in ea corrige: incredulos ad fidē conuerte: schismaticos ad vnitatem sanctæ Ecclesiæ fac redire; & ipsis lumen tuæ veritatis ostende: peccatoribus veram pœnitentiam largire: iustos in bono proposito fac perseuerare: populo Christiano miserere: Clerū defen

defende. Regibus & Principibus Christianis pacem & veram concordiam concede. Religiosos ac Religiosas in seruitio tuo sancto ac proposito conseruare dignare: omnesque laborantes conforta: tristes consolare: infirmis sanitatem corporis & animæ restitue. Pauperibus ac egentibus omnia corporis & animæ necessaria tribue: Peregrinos & exulantes cum salute ad propria fac remeare; in periculis aquarum positos ad portum suæ voluntatis fac pertingere; prægnantibus portum gaudij misericorditer largire: in vinculis & carceribus detentos absolue: omnibus cum quibus peccauimus, vel quos ad peccandum induximus

mus, & nobis, misericors pater indulge. Omnibus quos cõturbauimus, læsimus, scandalizauimus, vel defraudauimus, tu gratiose creator persolue. Omnibus parentibus, fratribus, sororibus, amicis, & inimicis, confratribus, & consanguineis, hospitibus & familiaribus, benefactoribus, & quorum vtimur, vel vsi sumus eleemosynis, omnibusq; pro nobis Deũ exorantibus, vel orationibus nostris se commedantibus, omnia bona tribue, & eos ab omni malo defende, in tuoq; eos seruitio fac perseuerare, vsque in finem: & post huius cursum miseriæ ad te, qui es vera patria, merces, præmium æternum, & gloria, da peruenire. In tribula-

lationibus, persecutionibus, & tentationibus ad te clamantes, auxiliare In agone positis, de hoc quoque sæculo exituris succurre; & animas eorum à faucibus rugientis inimicis eripe. Inimicis nostris, & nobis, veram charitatẽ largire. Omnibusque tuis fidelibus, per huius Sacramenti virtutem, præsta subsidium, auxilium & consolamen, adhuc in carne præsentibus tuam gratiam largiendo; futuros tua misericordia præueniendo; præteritis verò omnibus requiem æternam tribuendo, Deus, qui es trinus & vnus per cuncta sæculorum sæcula benedictus. Amen.

ORATIO CIRCA Communionem dicenda.

DOmine Iesv Christe, qui hoc Sacramento amoris, & pietatis infinitæ, memoriam mihi renouas passionis illius & mortis, quam inter dolores & ignominias crucis extremas, immaculatus agnus passus es, pro meis & mundi peccatis, ac miserijs tollendis, & pro fælicitate æterna mihi communicanda: hauriam ego ex vulneribus tuis, hauriam ex liuore corporis tui, in quo à planta pedis vsque ad verticem capitis, non erat sanitas, hauriam ex illo sanguine tam affluenter, tanto ardore charitatis effuso, hauriam

riam, inquam, ardentem charitatem, & amorem tui. Inflãmet me hoc ipsum præsens beneficium tuum Domine Iesu Christe, qui tanta cum pietate mihi te communicas, tam familiariter & intimè mihi coniungeris: nec solùm domum meam pauperem non dedignaris, & plagas meas non exhorres; sed & corpore etiam, & sanguine tuo sanctissimo ad me sanandum, præseruandũ & confirmandum, medicinã conficis. O pijssime Iesu an deerant tibi omnipotenti alij modi reparandi, & adiuuandi me, & ad vltimum finem deducendi? Non sane, sed hoc eligere, vt amorem in me & pietatem abundantiùs demonstrares, voluisti.

Quem

Quem ergo amorem, bonitas infinita, quam gratitudinem huic beneficentiæ & amori tuo retribuam? Quid ego agere, quid pati propter te dignè potero? Auge tu ipse in me, precor, dona gratiæ tuæ, vt plus habeã quod impendam seruitio tuo. Deus meus, & omnia, quid ego bonorum tuorum non sperabo à te; cùm etiam te ipsum mihi tam amanter donaueris? Cùm in te omnia illa esse videam, quæ spem maximam excitare solent. Potes enim & vis mihi bene facere, potes quidem omne bonum conferre, quia omnipotens es, & indigentias meas non ignoras. Quomodo ergo si ipsi coniungas fonti, imò mari immenso

& inexhausto bonorum omnium, non hauriam aquas cum gaudio de fontibus Saluatoris? Vis etiam omne bonum conferre, qui summe benignus es, quia magis quàm ego ipse me diligis, quia magis tu conferre, quàm ego recipere, desideras: & ne defectus meritorũ me à tua liberalitate excludat, tua ipse merita mihi donas, qui mihi iustitia factus es, in conspectu diuinæ tuæ sanctitatis. Magnanimiter ergo spes mea, bonorum tuorum communicationem copiosam à te sperabo: & vt meam paupertatem omnium virtutum & gratiarum spiritualium thesauris locupletes, petam per temetpsum Qui cum Deo Patre &c.

ORATIO THOMÆ de Kempis, ante Communionem.

O Dulcissime atq; amantissime Domine Iesu Christe, quem nunc deuotè desidero suscipere, tu scis infirmitatē & necessitatem meā quam patior, in quantis malis iaceo, quàm sæpè sum grauatus, tentatus, turbatus & inquinatus. Pro remedio ad te venio, pro consolatione & subleuatione, te deprecor, ad omnia scientem loquor, cui manifesta sunt omnia mea, & qui solus potes me perfectè consolari & adiuuare. Tu scis quibus bonis indigeo præ omnibus, & quàm pauper sum in virtutibus.

Ecce sto ante te pauper & nudus, gratiam postulans, & misericordiam implorans Refice esurientem mendicū tuum, accende frigiditatem meam igne amoris tui, illumina cœcitatem meam claritate præsentiæ tuæ, verte mihi omnia terrena in amaritudinem, omnia grauia & contraria in patientiam, omnia infima & creata in cōtemptum & obliuionem. Erige cor meum ad te in cœlum, & ne permittas me vagari super terram. Tu solus mihi ex hoc dulcescas vsque in sæculum: quia tu solus cibus & potus meus, amor meus, & gaudium meum, dulcedo mea, & totum bonum meum. Vtinam me totaliter ex tua præsentia accendas,

comburas, & in te transmutes, vt vnus tecum efficiar spiritus per gratiam internæ vnionis, & liquefactionem ardentis amoris. Ne patiaris me ieiunum & aridum à te recedere, sed operare mecum misericorditer, sicut sæpius operatus es cum sanctis tuis mirabiliter. Quid mirum si totus ex te ignescerem, & in me ipso deficerem? cùm tu sis ignis semper ardens, & nunquam deficiens, amor corda purificans, & omnem intellectum illuminans.

Alia ante Commun.

ADuentanti tibi Domino, gestit ob viã procedere animus, sed deprimit peccarorum enormitas: tu ergo procedis, & immundi, abiecti

despectiq; pulsas ianuam. Munda primùm mundandũ, purga purgandum, & tuæ voluntati aptum mentis meæ præpara habitaculum: adorna thalamum virtutum coronis Deitatis tuæ, & fidei intus accenso lumine totum niteat palatium. Ecce Regũ ditissime, pauperculi subis tugurium: sed quid dico tugurium? ego ad te venio Pater, indignus qui tanti Patris dicar Filius. Ne proijcias me in ira tua, secundùm meritum meum. Fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis, vt tantum gratiæ & misericordiæ tuæ panem in domo tua comedam. Quid facies filio vltro dilectum suum confitenti Pater? Et si quid pro demerita ira sustinendũ est,

hîc ſeca, hîc vre, in tua voluntate, vt in æternum parcas Domine, tantùm non deſit mihi gratia tua. Nullam fac dem iræ tuæ occaſionem: & quia tu es ſponſus animæ meæ, totum me tibi trado. Largire gratiam, vt quod iubes faciam, plenè tibi deſeruiam, totus tuus ſim, me ipſum tua cauſa abnegem, vt nunquam à te diuidar.

Alia ante Communionem.

AVe ſanctiſſima Caro Chriſti, & Sanguis. Aue ſumma dulcedo, quæ detrimẽtum neſcis, faſtidium tollis, mortem necas, vitam æternam præſtas. Aue beata refectio, quæ electos tuos de mundi huius exilio ducis ad patriam. Aue fœlix hoſtia,

quæ in crucis ara Deo Patri, pro noſtrorum peccatorum pondere, es oblata. Aue manna niue candidius, melle dulcius, omni auro pretioſius. Aufer, obſecro paſtor bone, à me iniquitates, vt purificatus corpore, & re, & ſpiritu, merear deguſtare ſancta ſanctorum. Sit mihi hoc venerabile Sacramentum, contra hoſtiles inſidias inexpugnabile præſidium: vt hoc ſalutari viatico refectus, lubricas huius vitæ vias immaculato calle tranſire, & ad te panem viuum, & verum Angelorum Dominum, ſine impedimẽto diabolicæ fraudis valeam peruenire. Exaudi me, placare Domine, attende, & fac ne moreris per temetipſum. Deus meus,

quia nemo tanti mysterij poterit esse dignus, nisi tu omnipotens suscipientem feceris esse dignum. Qui cum Deo Patre. &c.

ORATIO AD B. VIRginem Mariã, ante Communionem.

O Mater misericordiæ, Virgo sanctissima mater Domini nostri Iesu Christi, quæ ex nimia humilitate, dilectissimum Filium tuum concipere, fouere & lactare meruisti. Cuius sacrosanctum corpus & sanguinem ego hodie, quamuis indignus & peccator, labijs pollutis, corde & conscientia sordida, suscipere tamen digne desidero. Ad aures tuæ

pietatis misericordissima Mater, ex profundissimis cordis mei abyssis preces fũdo, humiliter deprecans, quatenus ipsum mihi placare digneris: vt remissis & deletis meis criminibus, gratiam suam sanctissimam mihi largiri dignetur: & me custodire ab omni periculo & negligentia in hac cõmunione sui sanctissimi corporis: & concedat mihi sic suum sacrosanctum corpus & sanguinem suscipere, vt in extrema peregrinatione, ipsum viaticum obtinere merear in vitam æternam. Am

O clemens, ô pia Virgo Maria, Dei genitrix, miserere nobis, & impetra mihi à Filio tuo, vitæ puritatem, & sanctitatem: vt post hanc

vitam tibi cum Filio associer. Amen.

AD B. VIRGINEM *Mariam, ante Missam, Oratio.*

O Mater pietatis, ô inuentrix gratiæ, genitrix salutis æternæ, beatissima Virgo Maria, ego miser & indignus peccator, ad te confugio toto corde & affectu, & precor tuam dulcissimam pietatem, vt sicut dulcissimo Filio tuo in cruce pendenti astitisti: ita & mihi misero peccatori, & sacerdotibus omnibus, hic & in tota sancta Ecclesia offerentibus, hodie clementer assistere digneris: vt tua gratia adiuti, dignam & acceptabilem hostiam,

am in conspectu summæ & indiuiduæ Trinitatis offerre valeamus. Amen.

ORATIO CVM IAM *accedis ad altare.*

DEus meus, adiutor meus, protector meus, præparatio cordis mei: in te spes mea fiducia mea, & refugium meum: in totũ diffidens de me, pro tua promissione accedo ad te, vt communicato corpore & sanguine tuo, post remissionem peccatorum meorum, post fidei augmentum, crescam membrum mystici corporis tui in te, & perseuerem vsque in finem vitæ meæ. Amen.

O Domine Iesu Christe, vt intres sub tectũ cordis mei,

dignus non ſum: tibi tamen cognita indigentia mea eſt, ob id ſūmè & ex animo præſentiam tuam expeto, vt tuo iuſſu conſolatum confirmes me. Dic ergo verbum; & ſanabitur anima mea. Amen

O Domine Ieſu Chriſte, ſacroſanctum corpus tuum, in quo pro me mortem paſſus es, & pretioſus ſanguis tuus, qui pro me effuſus eſt in remiſſionem peccatorum meorum, dimiſſis delictis meis, conſeruet, cuſtodiat, & in vitam æternam me perducat. Amen.

O Domine Ieſu Chriſte, verbum Patris æterni, mundi ſalus, verus viuuſq; Deus & homo: ab omni malo per ſanctū corpus tuū libera nos vt reſumptis ex eius paſtuvi-

ribus, mandata tua & vota noſtra adimpleamus, & tecum in æternum permaneamus. Amen.

GRATIARVM ACTIO POST *Miſſam.*

ANTIPHONA.

TRium puerorum cantemus Hymnum: quem catabāt ſancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quæ Antiphona in duplicibus tantum duplicatur.

Canticum trium Puerorum

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eū in ſęcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite sol & luna Domino: benedicite stellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æstus Domino: benedicite frigus & æstas Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: benedicite fulgura & nubes Domino

Benedicat terra Dominũ,

laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes & colles Domino benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite Maria & flumina Domino.

Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominũ laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino.

Benedicite spiritus & a-

nimæ iustorum Domino benedicite Sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem & Filium cum sancto Spiritu: laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Psalmus 150.

LAudate Dominũ in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundùm multitudinem magnitu-

tudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in Psalterio & Cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in Cymbalis bene sonantibus, laudate eum in Cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper: & in sæcula sæculorum, Amen.

Deinde repetitur Antiph.

TRiũ puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Deinde Sacerdos dicit.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.

℟. Et Sancti tui benedicant tibi.

℣. Exultabunt Sancti in gloria

℟. Lætabuntur in cubilibus suis.

℣. Non nobis Domine non nobis.

℟. Sed nomini tuo da gloriam.

℣. Domiue exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

DEVS, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius, vt nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præueni, & adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio & operatio, à te semper incipiat, & per te cæpta finiatur.

DA nobis quæsumus Domine, vitiorum nostrorum flammas extinguere, qui beato Laurentio martyri tuo, tribuisti tormentorum suorum incendia superare.

Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

ORATIONES *post Communionem.*

NVnc dimittis seruum tuum Domine, &c.

BEnignissime Domine Iesu Christe, respice super me indignum famulum tuum oculis misericordiæ tuæ, quibus respexisti Petrum in atrio, Magalenam in conuiuio, latronem in crucis patibulo. Et concede, vt cum Petro peccata mea dignè defleam, cum Maria Magdalena ardenter te diligam, cum latrone in cœlesti paradiso æternaliter te videam. Qui viuis & regnas in sæcula sæ-

culorum. Amen.

Alia immediatè post Communionem.

VEra perceptio Corporis & sanguinis tui, omnipotens Deus, non veniat mihi ad iudicium, neque ad condemnationem: sed fit omnium peccatorum meorum optata remissio, & corporis pia gubernatio, & potens ad vitam æternam introductio. Amen.

Oratio S. Thomæ post Communionem.

GRatias tibi ago Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorem indignum famulũ tuum, nullis meis meritis, sed

ed sola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et precor, vt hæc ſancta communio, non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed interceſſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutum bonæ voluntatis. Sit vitiorum meorum euacuatio, concupiſcẽtiæ & libidinis exterminatio, charitatis & patientiæ, humilitatis & obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, temperantiæ & ferventis deuotionis augmentatio, contra inſidias inimicorum omnium, tam viſibilium, quàm inuiſibilium firma defenſio, motuum meorum, tam carnalium quàm ſpiritualium, perfecta quie-

tatio

tatio, in te vno ac vero Deo firma adhæſio, atq; finis mei fælix conſummatio. Et precor te, vt ad illud ineffabile conuiuium, me peccatorem perducere digneris, vbi tu cum Filio tuo, & Spiritu S. ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternum, iucunditas conſummata, & fœlicitas perfecta.

Alia Oratio poſt Communionem.

GRatiarum actio, ſempiterna laus, honor & benedictio tibi ſit Pater cœleſtis, Deus omnipotens, qui pauperculum in exilio hoc, & lachrymarum valle morantem me, ſancti Spiritus tui recreaſti gratia, cœleſtibus

Corpo-

Corporis & Sanguinis tui refecisti dapibus. Per ipsam tuam miserationem, mihi clementer concede in omnibus & super omnia te diligere, facta tua cum admiratione perpendere, inordinatas affectiones à me secludere, vitam per omnia emendare, pro tui nominis gloria, ad meam salutem, de virtute in virtutem procedere, vt te summum bonum post hanc vitam in sempiternæ fœlicitatis Sion possim conspicere. Vbi tu cum eodem Filio tuo Domino nostro Iesu Christo, & Spiritu sancto, viuis & regnas super omnem immortalitatem, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio post Communionem.

Dominator & Saluator vniuersæ creaturæ, Domine Iesu Christe fili Dei viui, qui omnem meam infirmitatem curare vales, quoniam Dominus potens es, & vis propitiari iniquitatibus meis, quia Saluator es, & ad hoc in mundum venisti, vt perdita quæras, & salües quæ perierunt. Concede pro bonitate tua & misericordia, ad meam etiam seruire salutem, quod pro omnium redemptione dignatus es impendere, vt virtute sacrosancti Corporis & Sanguinis tui, quod ego hodie licet indignus, vtinam tamen digne perceperim,

mundus à peccatis, purus à sordibus, & à periculis liber efficiar: qui ob idipsum immolari in cruce voluisti, vt Corporis & Sanguinis tui sacrificio, & pro delictis propitiationem, & à periculis liberationem toti mundo impetrares. Da vt hac cœlesti alimonia saginatus, in fortitudine cibi illius, viam mandatorũ tuorum indefessus percurram. Præueni me gratia tua, ne me à te separẽt vllæ iniquitates in præsenti sæculo. Subsequatur me misericordia tua, ne me à beatitudinis tuæ consortio repellas in futuro. Amen.

Oratio ex Concilij Tridentini, Sess: 13. Cap: 8.

OMnipotens sempiterne Deus

Deus, per viscera misericordiæ Dei nostri, te rogo & obsecro, vt nos omnes & singuli, qui Christiano nomine censemur in hoc vnitatis signo, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ symbolo, iam tandem aliquando conueniamus, & concordemus: memoresq; tantæ maiestatis, & tam eximij amoris Iesu Christi Domini nostri, qui dilectam animam suam, in nostræ salutis pretium, & carnem suam nobis dedit ad manducandum: hæc sacra mysteria corporis & sanguinis eius, ea fidei constantia & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate & cultu credamus, & veneremur, vt panem illum supersubstãtialem, frequenter suscipere

possimus. Et is verè sit nobis animæ vita, & perpetua sanitas mentis, cuius vigore confortati, ex huius miseræ peregrinationis itinere, ad cœlestem patriam peruenire valeamus, eundem panem Angelorum, quem modò sub sacris velaminibus edimus, absque vllo velamine manducaturi. Per eundem Christum Dominum nostrũ. Amen.

Oratio, qua petitur vnio cum Christo.

GRatias ago tibi ex toto corde meo, Bonitas effusissima, abyssus infinitæ misericordiæ, qui tam indigenti seruo tuo, omne bonum in te ipso conferre, qui tam

indigno peccatori, fructum passionis & mortis tuæ, cum corpore & sanguine tuo sanctissimo tam amanter applicare voluisti: gratias ago tibi de tanto beneficio, & tam singulari, & de charitate illa inæstimabili, qua id mihi contulisti: & precor eandem bonitatem tuam, vt tua ipse dona in me conserues & augeas, ad honorem & gloriam tuam, solicitam sensuum & linguæ, & cogitationum custodiam tribuendo, vt in me tibi nihil displiceat: strenuè operari ex puro & feruenti amore tuo, quæ ad honorem tuum & proximorum salutem sunt, concedendo: vt in omnibus actionibus meis tibi placeam, vt nunquam à me separa

ri velis, qui tam dignanter & intimè te mihi coniunxisti, donec in vnione beatissimæ gloriæ tuæ tibi inauertibiliter & æternaliter adhæream. Anima ergo Christi sanctifica me. Corpus Christi inebria me. Aqua lateris Christi laua me. Passio Christi conforta me. O bone Iesu exaudi me, intra vulnera tua absconde me, ne permittas me separari à te, ab hoste maligno defende me, in hora mortis meæ voca me, & iube me venire ad te, vt cum sanctis tuis laudem te in sæcula sæculorum. Amen.

Alia Oratio.

INeffabilem misericordiam tuã Domine Iesu Christe, humiliter exoro, vt hoc Sa-

cramẽtum Corporis & Sanguinis tui, quod indignus suscepi, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimẽtum gratiæ, sit medicina vitæ, sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fomentum, sit viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem reducat, reuertentem me suscipiat, titubantem me teneat, cadentem me erigat, & perseuerantem me in gloriam introducat. O altissime Deus, beatissima præsentia corporis & sanguinis tui, sic immutet palatum cordis mei, vt præter te nullam vnquam sentiat dulcedinem,

nullam amet pulchritudinem, nullum quærat illicitum amorem, nullam desideret consolationem, nullam admittat vnquam delectationem, nullum curet honorem, nullam timeat crudelitatem.

Oratio S. Bonauenturæ post Communionem.

TRansfige cor meum dulcissime Domine IESV Christe, medullas & viscera animæ meæ, suauissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, vera serenaque & Apostolica sanctissima charitate, vt langueat & liquefiat anima mea, solo semper amore & desiderio tui, te concupiscat, & deficiat in atria tua,

cupiat dissolui & esse tecum. Da vt anima mea te esuriat panem Angelorum, refectionem animarum sanctarum, panem nostrũ quotidianũ supersubstantialem, habentem omnem dulcedinẽ & saporẽ, & omne delectamentum suauitatis. Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat & comedat cor meum, & dulcedine saporis tui repleãtur viscera animæ meæ, te sẽper sitiat fontẽ vitæ, fontem sapientiæ & sciẽtiæ, & æterni luminis, torrentem voluptatis, vbertatẽ domus Dei te semper ambiat, semper quærat, te inueniat, ad te tendat, ad te perueniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis

minis tui, cum humilitate & discretione, cum dilectione & delectatione, cum facilitate & affectu, cum perseuerantia vsq; in finem: & tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, diuitiæ meæ, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, suauitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, & possessio mea, thesaurus meus, in quo fixa & firma, & immobiliter semper sit radicata mens mea, & cor meum, Amen.

Oratio ad B. Virginem Mariam, post Communionem.

Commendo me tibi, serenissima Virgo Maria, quæ in tuo sacratissimo vtero, eundem Dominum, quem ego modo suscepi, de Spiritu sancto conceptum, digne portasti. Precor te matrem Dei, vt pro me apud eundem filium tuum intercedas, vt quacunque ratione, in summi Sacramēti huius sumptione deliqui, huius negligentiæ & indignitatis meæ veniam impetres. Tu semper casta, pura, innocens, post conceptum filium, etiam castior, purior, sanctior, Deoque gratior euasisti. Vtinam & ego, tam diuini Sacramenti perceptione, ita sanctificer, vt deinceps cor & corpus meum ab omni le-

thalis peccati macula tuear impollutum. Tu concepto filio, magnificas laudes Domino lætè decantasti, & in Deo salutari tuo mirabiliter exultasti. O si tuis efficacibus precibus id assequar, Virgo mater, vt cum hac sacra communione, nouum & ardentem spiritum coniuugã, ac semper in gratiarum actione piè verser, tantoque redemptori ac hospiti, me nunquam ingratum, sed fidum in omnibus ministrum ostendam.

Oratio ad B. Virginem, & omnes Sanctos, post Communionem.

Serenissima, nobilissima, sanctissima, & inclyta Virgo Ma-

go Maria, Mater Domini nostri, quæ eundem creatorem omnium, in tuo sacratissimo vtero digna fuisti portare, cuius sacratissimum corpus hodie ego indignus & indignè sumere præsumpsi: rogo te per illam humilitatem tuam, vt ad ipsum pro me peccatore misero, intercedere digneris: vt omnes defectus & negligentias meas, in hac sumptione sui sacratissimi Corporis, dignetur mihi clementer indulgere: & quidquid mihi defuit, merito suæ passionis acerbissimæ & innocentissimæ, cõpensare. Et tu Sancte Ioannes Baptista, eiusdem Domini præcursor & amice, qui inter materna viscera positus, exultans, ipsum ad-

esse mirabiliter cognouisti, tandemque mundo sua peccata portantem digito ostendisti, atque ipsum in iordane baptizans, vix illud tremendum atque gloriosum caput ausus es tangere, quem ego nunc totum tangere, sumere, immundus & innumerabilibus peccatis oneratus, non expaui: tu, oro, digneris pro me peccatore intercedere, ne hæc communio sacratissima sit mihi reatus ad iudicium & pœnam; sed salutaris ad veniam intercessio, & potens ad vitam æternam introductio. Et vos omnes sancti & electi Dei, qui assiduè eius visione fruimini, ad cuius mensam ego tam impræparatus accedere, & tam ingratus recedere præsum-

psi, nec omninò formidaui: vestrum inquam ego suffragium & orationes deposco, dignemini pro me, Domino nostro Iesu Christo supplicare: qui me licet indignum ad suàm sacratissimam mensam vocare dignatus est: atque illi gratias agere pro tāto beneficio: nam ipse ad hoc faciendum sufficere non valeo. Vos inquā orate eum, vt quicquid in huius ineffabilis Sacramēti sumptione, ignoranter, negligenter, vel accidentaliter commisi, omisi, vel peccaui; vestris meritis sanctissimis, & meritò suæ passionis innocentissimæ, dignetur mihi indulgere, & doceat me ad hoc sacrosanctum corpus suum, cùm sibi placuerit, meliùs

præparate accedere. Insuper dignetur me miserum peccatorem, vnà cum omnibus mihi commissis, benefactoribus, propinquis, cogitatis, cunctoque populo Christiano, & cum omnibus, pro quibus volo & teneor orare, ab omnibus peccatis mundare, & ab imminentibus sceleribus conseruare, ab omnibusque malis, tam animæ quàm corporis, tueri & defendere. Et hac vita benè transacta, concedat nos fæliciter ad æternam beatitudinem peruenire, & in conspectu suo iucundissimo æternaliter vobiscum regnare. Qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ad B. Virginem Mariam, post Missam Oratio.

O Beatissima & dulcissima Virgo Maria, mater Domini nostri Iesu Christi, cuius idem veracissimum corpus, & sanguinem, ego miser & indignus peccator sumere præsumpsi, precor te humiliter & deuotè, vt ad ipsum pro me intercederedigneris, vt quidquid in hoc sanctissimo Sacramento ignoranter, aut negligenter commisi, præcipuè defectu veræ fidei, charitatis, deuotionis, attentionis, & reuerentiæ, mihi sua pietate ineffabili, & misericordia inenarrabili, tuis sanctis meritis & precibus indulgere dignetur. Am

Oratio ante Confeßionem Sacramentalem.

PEr Sanctorum omniũ Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque sanctarum mulierum merita, orationes, intercessiones, passiones & suffragia: infunde cordi meo clementissime Deus per gratiam Spiritus sancti, compunctionem & fontem lachrymarum, vt possim reatum conscientiæ meæ perfectè cognoscere, & delicta facinorum meorum plenariè confiteri, & deuotè commissa accusare, & de cōmissis omnibus dignam agere pœnitentiam valeam, & de

his tua præstante gratia, & misericordia, perfectam habere veniam. Amen.

Alia commoda Oratio ante sacram Confeßioaem.

SVscipe confessionem meam pijssime ac clemētissime Domine Iesu Christe, vnica spes salutis animę meæ: & da mihi obsecro, contritionem cordis, & lachrymas oculis meis, vt defleam diebus ac noctibus omnes negligentias meas, cum humilitate & compunctione cordis. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine. Si iratus fueris Domine contra me, quem adiutorem quæram, aut quis miserebitur iniquitatibus meis? Me-

mento mei Domine, qui Cananeam & Publicanum vocasti ad pœnitentiam, & Petrum lachrymantem suscepisti. Domine Deus meus, suscipe preces meas, Saluator mundi Iesu bone, qui te crucis morti dedisti, vt peccatores saluos faceres: respice me miserum peccatorem inuocantem nomen tuum, atque noli sic attēdere malum meum, vt obliuiscaris bonū tuum. Et si commisi, vnde me damnare potes, tu non amisisti vnde me Domine saluare soles. Parce ergo mihi, qui es Saluator meus, & miserere peccatrici animæ, solue vincula eius, sanæ, sana vulnera. Domine Iesu, te desidero, te quæro, te volo, ostende mihi faciem tu-

am & saluus ero. Emitte igitur pijssime Domine, meritis purissimæ & immaculatæ semper genitricis Dei Virginis Mariæ, & sanctorum tuorum, lucem tuam & veritatem tuam in animam meam, quæ omnes defectus meos in veritate mihi ostendat, quos confiteri me oportet, atque iuuet & doceat ipsos plenè & contrito corde explicare. Qui viuis, &c

Oratio post Confeßionem.

Sit tibi Domine obsecro, meritis beatæ sēper Virginis Mariæ genitricis tuæ, & omniū Sāctorum & sanctarū, grata & accepta cōfessio mea, & quicquid mihi defuit nūc & aliâs de sufficientia contritionis, de puritate & in-

tegritate confessionis, suppleat pietas, & misericordia tua, & secundùm illam digneris me habere pleniùs & perfectiùs absolutum in cælo. Qui viuis. &c.

Alia Oratio.

OMnipotens, sempiterne & misericordissime Deus, qui venisti peccatores redimere: rogo te per dulcissimũ Sacramẽtum Corporis & Sanguinis tui, vt mihi donare digneris indulgentiam & remissionem omnium peccatorum meorum, præteritorum & præsentium: vt dignam agere valeam pœnitentiam, & in bonis operibus perseuerãtiam habeam, te toto corde te diligere valeam, & quę tibi placita sunt

tota dilectione perficere, & post hanc vitam nunquam à te separari valeam. Qui viuis & regnas, &c.

Pro remißione peccatorum, cum confeßione Oratio.

OMnipotens Deus, Pater misericors, ecce indignus ego peccator, coram diuinæ tuæ maiestatis solio compareo: multitudinem delictorum meorum, in diuinam legem, sanctamq; voluntatem tuã, ad pedes tuos proijcio: multiplicata erant in carne mea super numerum, sicut arena quę est in littore maris, & veluti onus graue, grauata sunt super me. Agnosco Domine, hoc sathanæ regnum esse in me, quod carnis meæ

concupiscentias sequutus, in vanitate cogitationum, in leuitate verborum, in stultitia operum, in cœcitate cordis, in amore mei, inmentite virtutis colore, & denique in picta demortuæ fidei imagine, miseram hei mihi, seruitutem tanto tempore sustinui. O dolorem, quòd nunquam firmo proposito iniquissimi illius hostis tyrannidem, carnisque meæ abiecerim iugum: contra sanctas ac salutares diuini Spititus inspirationes obdurato animo secluserim. Væ mihi, qui tot tantisque delictis, beneficentissimi Patris indignationem iramq; meruerim. Sed clementissime Pater, quoniam iustitia tua per fidem Iesu Christi in

omnes & super omnes credentes manifesta est, vt omnes iustificationem quæ est in Christo Iesu, consequerentur, quem tu Deus posuisti omnibus propitiationem per fidem in sanguine ipsius Igitur veræ fidei in hoc gratiæ tempore, per Iesum Christum à te Patre augmentum exopto, & pro ipsius nomine remissionem delictorum meorum efflagito: vt de debito securus, deinceps innouationem vitæ proponens, omnibus impijs concupiscentijs inimicus, sobriè, ieiunè, iustè, piè, temperanter, clementer, benignè, & humiliter, secundùm diuinam voluntatem tuam, in tuo timore, huius vitæ fabulam peragam, mundo, carni, pec-

catiſque mortuus, Filij tui
Domini noſtri Ieſu Chriſti
aduentum cupidè expectem
Qui tecum viuit & regnat
&c.

Alia Oratio.

O Domine Ieſu Chriſte, tan
ta ſunt ſcelera mea, vt
vix ablui poſſint: vltra mo-
dum me miſerum vitiaui,
ſpontaneo ſtudio me pollui,
proprio arbitrio me perdidi,
ſponte me maculaui. Infæ-
lix ego grauiter peccaui, car
nis aggrauor ſtimulo, & ad
peccatum conſuetudo me a-
ſtringit: vnde afflictus deti-
neor, nolo agere bona, ſed
deſidero, heu me infelicem,
in tantis peccatis, in tantis
ſceleribus, in tam multis
iniquitatibus ſum inuolu-

tus, quid primò plorem?
quid primò plangam? pro
quibus lachrymas fundam,
ignoro. Quare Domine me-
morare nō ſufficio tantorum
criminum geſta, reus terre-
or pauore peccati, metuo
Domine diem iudicij: ſi vix
iuſtus ſaluabitur, ego impi-
us, & peccator vbi appare-
bo? quid faciam miſer? vbi
fugiam? quid ego dicturus
cùm ante tribunal Chriſti
ero præſentatus? Væ diei
illi quando peccaui, quando
tranſgreſſus ſum mandatum
tuum, quia nullum inueni-
es, cuius ſordibus nō ſim in-
quinatus, nullus vitiorum
morbus, quo ego miſer non
ſim pollutus. Vt benè viue-
rem promiſi, quod ſum pol-
licitus, non ſeruaui, ſemper

ad peccatum redij, semper delicta iteraui, nunquam in melius mores mutaui, nunquam à malefactis recessi, scelere meo multæ animæ perierunt, & propter exemplum meum, ego multis fui causa malorum. Succurre mihi Deus antequam moriar, antequam mors me præueniat, antequam tartara me recipiant, antequam tenebræ me inuoluant, priusquam gehennæ ignibus deuorer, priusquam sine fine crucier: quia nō est insolitum tuæ clementiæ, neq; indecens tuæ iustitiæ, minus quàm impotens tuæ potentiæ. Dignare igitur recognoscere in me quod tuum est, & absterge quod est alienum. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis. &c.

LITANIÆ PRO Defunctis.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserere animabus fidelium defunctorum.
Fili redemptor mundi Deus, Miserere animab. fid: def
Spiritus sancte Deus, Miserere animabus fid: def.
Sancta Trinitas vnus Deus, miserere animab: fid: def.
Sancta Maria, Ora pro fidelibus defunctis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora pro fid.
Omnes sancti Angeli & Ar-

changeli, orate pro fid.
S. Ioannes Baptista, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate pro fid.
S. Petre, ora pro fid.
S. Paule, ora pro fid.
S. Ioannes, ora pro fid.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ, orate pro fid.
S. Stephane, ora.
S. Laurenti, ora.
Omnes SS. Martyres, orate.
S. Gregori, ora pro fid.
S. Ambrosi, ora pro fid.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, orate pro fid.
S. Maria Magdalena, ora.
S. Catharina, ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, orate pro fid.
Omnes sancti & sanctæ Dei, intercedite pro fid. def.
Propitius esto, Parce eis Dne.

Propitius esto, Exaudi eos Domine.

Libera eos Domine.
Ab omni malo,
Ab ira tua,
A potestate diaboli,
A flamma ignis,
A regione vmbræ mortis,
Per immaculatam Conceptionem tuam,
Per Natiuitatem tuam,
Per dulcissimum nomen tuum,
Per multitudinem miserationum tuarum,
Per acerbissimam passionem tuam,
Per sanctissima vulnera tua,
Per pretiosissimum sanguinem tuum,
Per ignominiosissimam mortē, qua nostram moriendo destruxisti,

Peccatores, Te rogamus audi nos.

Qui Mariam absoluisti & latronem exaudisti,

Qui saluandos saluas gratis,

Vt parẽtes, propinquos, & benefactores nostros, à pœnis inferni eripere digneris,

Vt omnes fideles defunctos ab æterna damnatione liberare digneris

Vt desiderium ipsorum adimplere digneris,

Vt Angelorum cætus eis splendidus subueniat,

Vt eis Patriarcharum & Prophetarum cuneus occurrat,

Vt omnium fidelium defunctorum, quorũ specialis in terra memo-

Te rogamus audi nos.

REGVLA ET TESTAMENTVM

nostri Sanctiss: Patris Seraphici Francisci.

HONORIVS Episcopus Seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Fratri Francisco & alijs Fratribus de Ordine FF. Minorum, salutem & Apostolicã benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium desiderijs, fauorem beneuolum impertiri. Ea propter dilecti in Domino filij, vestris pijs precibus inclinati, Ordinis vestri Regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam, annotatam, præsentibus auctori-

ta te vobis Apoſtolica confirmamus: & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. Quæ talis eſt.

In nomine Domini,

INCIPIT REGVLA *FF. Minorum.*

CAPVT I.

REgula & vita Fratrum Minorum hæc eſt: ſcilicet Domini noſtri IESV CHRISTI ſanctum Euangelium obſeruare viuendo: *Votum* in obedientia, *Votum* ſine proprio, *Votum* & in caſtitate. Frater Franciſcus promittit obedientiam & reuerentiam Domino Papæ Honorio: ac ſucceſſoribus eius canonicè intrantibus: & Eccleſiæ Romanæ. *Vim habens præcepti.* Et alij fratres, teneantur fra-

tri Franciſco, & eius ſucceſſoribus obedire.

De his qui volunt vitam iſtam accipere, & qualiter recipi debeant.

CAPVT II.

Conditio.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres noſtros: mittant eos ad ſuos Miniſtros Prouinciales: quibus ſolummodo & non alijs recipiēdi fratres licētia concedatur. *Conditio.* Miniſtri verò diligenter eos examinent, de fide Catholica, & Eccleſiaſticis Sacramentis. *Conditio.* Et ſi hæc omnia credant, & velint ea fideliter confiteri, & uſque in finem firmiter obſerua-

seruare. *Conditio.* Et vxores non habent. *Conditio*, vel si habent, & iam monasterium intrauerint, vxores vel licentiam eis dederint auctoritate Diœcesani Episcopi voto continentiæ iam emisso. *Conditio.* & illius ætatis sint vxores, quòd non possit de eis oriri suspicio. *Conditio.* dicant illis verbum sancti Euangelij, quòd vadant & vendant omnia sua, & ea studeant pauperibus erogare. *Conditio.* Quòd si facere non potuerint: sufficit eis bona voluntas. *Exhortatio.* Et caueant fratres & eorum Ministri, ne solliciti sint de rebus suis temporalibus. *Conditio.* Vt libere faciant de rebus suis, quicquid Dominus inspirauerit eis. *Conditio.* Si

ria non habetur, misereri digneris,
Vt eos gloriosus Apostolorum chorus excipiat,
Vt eis omnibus parcere & indulgere digneris,
Vt candidatorum Martyrum triumphans exercitus eos lætus circumdet,
Vt eos sanctorum Confessorũ augmẽ deducat,
Vt iubilantiũ virginum eos corona cõmittetur,
Vt ad auctorem suũ, qui eos de limo terræ formauit, redire valeant,
Vt mitis atq; dulcis tuus eis aspectus, benignus appareat,
Vt ad dexteram tuam in electorum consortium eos recipias,

Te rogamus audi nos.

Fili Dei fons pietatis, Te ro.
Rex tremēdæ maiestatis, Te
Qui claues habes mortis & inferni, Te rogamus.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Dona eis requiem
Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Dona eis requ.
Agnus Dei qui tollis pecca ta mundi, Dona eis requiem sempiternam.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. &c.
℣. Et ne nos inducas. &c.

Psalmus 129.

De profundis &c.

Oratio.

RESpice quæsumus Domine animas famulorū famularumq; tuarum, & omniū fidelium

lium Christianorū defunctorum, pro quibus saluandis, nudus expansis manibus in cruce pependisti, & quinq; vulnera in corpore tuo pertulisti, & amaram mortē subire voluisti. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. A.

Eundo per Cemiterium.

AVete omnes Christi fideles animæ, quarum corpora hic & vbique requiescunt in puluere: Iesus Christus qui vos redemit precioso sanguine, dignetur vos à pœnis liberare, & choris Angelorum aggregare: ibiq; nostri memores estote, ac pro nobis suppliciter exorate, vt & vobis associemur, & vobiscum in cœlis coronemur. Amen.

VAlete vos omnes fideles animæ, quæ iacetis in gremio

terræ, longè lateq; dispersæ. Benedicat vos sol iustitiæ, & claritate sui luminis vos faciat perfrui sine fine.

AVete omnes Christifideles animæ. Det vobis requiem ille, qui est vera requies, Iesus Christus Filius Dei viui: Qui natus est de immaculata Virgine Maria, pro vestra omniumque salute, & vos redemit suo pretiosissimo sanguine. Ille vos benedicat, & à pœnis liberet, faciatq; vos resurgere, & gaudere in die resurrectionis & iudicij: & Angelis suis secum sociare, & sine fine lætari. Ibiq; nostri memores exorate, vt vobis sociemur, & vobiscum in cœlis coronemur. Amen.

REGV-

tamen consilium requiratur, licentiam habeant Ministri mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum cõsilio bona sua pauperibus erogentur. *Æquipolens*. Postea concedant eis Pannos probationis; videlicet duas tunicas sine caputio, & cingulum, & brachas, & caparonem vsque ad cingulum. *Conditio*. Nisi eisdem Ministris aliud secundum Deum aliquando videatur. *Conditio*. Finito verò anno probationis, recipiantur ad obedientiam: promittentes vitam istam semper & Regulam obseruare. *Æquipolens*. Et nullo modo licebit eis, de ista religione exire iuxta mandatum Domini Papæ: quia secundũ sanctum Euangelium; Nemo mitten

tens manu ad aratrum, & aspiciēs retro, aptus est regno Dei. *Æquipolens.* Et illi, qui iam promiserunt obedientiam, habent vnam tunicam cum caputio: & aliā sine caputio, qui voluerint habere. *Æquipolens.* Et qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta. *Æquipolens.* Et fratres omnes vestimentis vilibus induātur. *Libertas.* Et possint ea repeciare de saccis & alijs pecijs, cum benedictione Dei. *Exhortatio.* Quos moneo & exhortor, ne despiciant, neq; iudicent homines, quos viderint mollibus vestimentis & coloratis indutos, vti cibis & potibus delicatis. *Admonitio.* Sed magis vnusquisque iudicet & despiciat semetipsum.

De Di-

De Diuino officio, & ieiunio: & quomodo fratres debeant ire per mundum.

CAPVT III.

Æquipolens.

Clerici faciant diuinum officium, secundùm ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ: excepto Psalterio, ex quo habere poterunt Breuiaria. Laici verò dicāt viginti quatuor *Pater noster*, pro Matutino, pro Laudibus quinque, pro Prima, Tertia, Sexta, & Nona, pro qualibet istarum, septem: pro Vesperis autem duodecim, pro Completorio septem, & orent pro defunctis. *Æquipolens* Et ieiunent à festo omnium Sanctorum, vsq; ad Natiuitatem Domini. *Libertas.* Sanctae

ve-

verò Quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania Domini, vsque ad continuos quadraginta dies, quā Dominus sancto suo ieiunio consecrauit, qui voluntariè eam ieiunent, benedicti sint à Domino: Et qui nolunt, non sint astricti: sed aliam vsq; ad Resurrectionem Dni: ieiunent. *Sim habens præcepti.* Alijs autem temporibus non teneantur, nisi Feria sexta ieiunare. *Libertas.* Tempore verò manifestæ necessitatis, non teneantur fratres ieiunio corporali. *Exhortatio.* Consulo verò, moneo & exhortor fratres meos in Domino Iesu Christo: vt quando vadūt per mundum, non litigent, neq; contendant verbis, nec alios iudicent. *Admonitio.*

Sed sint mites, pacifici, & modesti, mansueti & humiles honestè loquentes omnibus sicut decet. *Æquipolens.* Et non debent equitare nisi manifesta necessitate, vel infirmitate cogantur. *Admonitio.* In quamcunq; domum intrauerint, primùm dicant: Pax huic domui. *Libertas.* Et secundùm sanctum Euangelium de omnibus cibis, qui apponuntur eis, liceat manducare.

Quòd fratres non recipiant pecuniam.

CAPVT IV.

Præceptum.

PRæcipio firmiter Fratribus vniuersis: vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se, vel per

interpositam personam. *Æquipolens.* Tamen pro necessitatibus infirmorum & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales, Ministri tantum & Custodes solicitam curam gerant, secundùm loca & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire: Eò semper saluo, vt sicut dictum est: denarios vel pecuniam, non recipiant.

De modo laborandi.

CAPVT V.

Admonitio.

FRatres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter & deuotè, ita quòd excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritū

non extinguant, cui debent cætera temporalia deseruire. *Æquipolens.* De mercede verò laboris, pro se & suis fratribus, corporis necessaria recipiunt, præter denarios, vel pecuniam: & hoc humiliter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimæ sectatores.

Quod fratres nihil sibi appropient, & de eleemosyna petenda: & de fratribus infirmis.

CAPVT VI.

Æquipolens.

FRatres nihil sibi appropriient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: sed tanquam peregrini & aduenæ in hoc sæculo, in paupertate & humilitate Domino

famulantes. *Admonitio.* Vadant pro eleemosyna confidenter: nec oportet eos verecundari : quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. *Admonitio.* Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos charissimos fratres meos, hæredes & reges regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuentium. Cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri IESV Christi in perpetuum sub cælo habere velitis. *Admonitio.* Et vbicunque sunt & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se: &

securè manifestet vnus alteri necessitatem suam. Quia si mater nutrit & diligit filium suum carnalem, quantò diligentiùs debet quis diligere & nutrire fratrem suum spiritualem. *Æquipolens.* Etsi quis eorum in infirmitatem ciciderit, alij fratres debent ei seruire: sicut vellent sibi seruiri.

De pœnitentia, fratribus peccantibus imponenda.

CAPVT VII.

Vim habens præcepti.

SI qui fratrum, instigante inimico, mortaliter peccauerint, pro illis peccatis de quibus ordinatum fuerit inter fratres, vt recurratur ad solos Ministros Prouincia-

les: teneantur prædicti fratres, ad eos recurrere, quàm citius poterunt sine mora. *Admonitio.* Ipsi verò Ministri, si Presbyteri sunt, cum misericordia iniungant illis pœnitentiam. Si verò Presbyteri non sunt, iniungi faciant per alios Sacerdotes Ordinis: sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. *Exhortatio.* Et cauere debent, ne irascantur & conturbentur propter peccatum alicuius: quia ira & conturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem.

De electione generalis Ministri huius fraternitatis: & de Capitulo Pentecostes.

CAPVT VIII.

Vim habens præcepti.

VNiuersi fratres, vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum & seruum totius fraternitatis *Vim habens præcepti.* Et ei teneantur firmiter obedire. *Vim habens præcepti.* Quo decedente: electio successoris fiat à Ministris Prouincialibus & Custodibus, in Capitulo Pentecostes: in quo Prouinciales Ministri, teneantur semper in simul conuenire, vbicunq; à Generali Ministro fuerit constitutũ. Et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem: sicut à prædicto Ministro fuerit ordinatum. *Vim habens præcepti.* Et si aliquo tempore appareret vniuersitati Mi-

nistrorum Prouincialium & Custodum, prædictum Ministrum non esse sufficientem ad seruitium & communem vtilitatem fratrum: teneantur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem. *Libertas.* Post Capitulum verò Pentecostes, Ministri & Custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodijs semel fratres suos ad Capitulum conuocare.

De Prædicatoribus.

CAPVT IX.

Æquipolens.

FRatres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi: cùm ab eo illis fuerit

contradictum. *Æquipolens.* Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare: nisi à Ministro Generali huius Fraternitatis fuerit examinatus & approbatus, & ab eo sibi officium prædicationis concessum. *Admonitio.* Moneo quoque & exhortor eosdem fratres, vt in prædicatione quam faciunt, sint examinata & casta eorum eloquia, ad vtilitatem & ædificationem populi: annunciando eis vitia & virtutes, pænam & gloriam, cum breuitate sermonis: quia verbum abbreuiatum fecit Dominus super terram.

De admonitione & correctione Fratrum.

CAPVT X.

Admonitio.

FRatres, qui ſunt miniſtri & ſerui aliorum fratrum, viſitent & moneant fratres ſuos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos: non præcipiẽtes eis aliquid, quod ſit contra animam ſuam & Regulã noſtram. *Admonitio.* Fratres verò, qui ſunt ſubditi, recordentur, quòd propter Deum abnegauerũt proprias voluntates. *Præceptum.* Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant ſuis miniſtris in omnibus quæ promiſerunt Domino obſeruare: & non ſunt contraria animæ ſuæ & regulæ noſtræ. *Æquipolés.* Et vbicunque ſunt fratres, qui ſcirent & cognoſcerent ſe nõ poſſe regulam ſpiritualiter obſeruare, ad ſuos Miniſtros debeant & poſſint recurrere.

Admo-

Admonitio. Miniſtri verò charitatiuè & benignè eos recipiant: & tãtam familiaritatem habeant circa ipſos, vt dicere poſſint eis, & facere, ſicut Domini ſeruis ſuis. Nã ita debet eſſe quod Miniſtri ſunt ſerui omnium fratrum. *Exhortatio.* Moneo verò & exhortor in Domino Ieſu Chriſto; vt caueant fratres ab omni ſuperbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura, & ſollicitudine huius ſæculi, detractione & murmuratione. *Exhortatio.* Et non curent neſcientes literas, literas diſcere. *Admonitio.* Sed attendant, quòd ſuper omnia deſiderare debent, habere Spiritum Domini, & ſanctam eius operationem, orare ſemper ad Deum puro corde.

 Ad

Admonitio. Et habere humilitatem & patientiam in persecutione, & infirmitate, & diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt & arguunt, quia dicit Dominus *Admonitio.* Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Beati qui persequutionem patiũtur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Quod fratres non ingrediãtur Monasteria Monacharum.

CAPVT XI.

Præceptum.

PRæcipio firmiter Fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia vel consilia

silia mulierum. *Præceptum.* Et ne ingrediantur Monasteria Monacharum: præter illos quibus à sede Apostolica concessa est licentia specialis. *Præceptum.* Nec fiant compatres virorum vel mulierum, ne hac occasione inter Fratres, vel de fratribus scandalum oriatur.

De euntibus inter Saracenos, & alios infideles.

CAPVT XII.

Libertas.

QVicunq; fratrum diuina inspiratione voluerint ire inter Saracenos & alios infideles. *Præceptum.* Petant inde licentiam à suis Ministris Prouincialibus. *Præceptum.* Ministri verò nullis eundi licẽtiam tribuant nisi eis

si eis quos viderint esse idoneos admittendum *Praeceptum.* Ad hæc per obedientiam iniungo Ministris: vt petant à Domino Papa, vnum de sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit gubernator, protector & corrector istius fraternitatis: vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdem sanctæ Ecclesiæ, stabiles in fide Catholica, paupertatem & humilitatem. *Praeceptum.* Et sanctũ Euangelium Domini nostri Iesu Christi, quod firmiter promisimus, obseruemus.

Explicit Regula & vita FF. *Minorum.*

Sequitur confirmatio Regulæ.

NVlli ergo omnino hominum

num, liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Dat: Laterani 3. Calend: Decemb. Pontificatus nostri Anno octauo.

VERBA BEATISSIMI *Patris nostri Sanctißimi Francisci.*

O Dilectissimi Fratres, & in æternum benedicti Filij, audite me: audite vocem Patris vestri:
Magna promisimus.
Maiora promissa sunt nobis,

Seruemus hæc,
Suspiremus ad illa.
Voluptas breuis,
Pœna perpetua,
Modica Passio,
Gloria infinita,
Multorum vocatio,
Paucorum electio,
Omnium retributio. Amen.

INCIPIT TESTAmentum beatissimi Patris nostri Sancti Francisci.

DOminus dedit mihi Fratri Francisco ita incipere, facere pœnitentiam; quia cùm essem in peccatis meis, nimis videbatur mihi amarum videre leprosos: & ipse Dominus conduxit me inter illos, & feci misericordiam cum illis. Et recedente me ab ipsis, id quod videba-

tur mihi amarum, conuersum mihi fuit in dulcedinem animæ & corporis. Postea parum steti, & exiui de sæculo. Et Dominus dedit mihi talem fidem in Ecclesijs, vt ita simpliciter adorarem, & dicerem: Adoramus te sanctissime Domine Iesu Christe, hîc, & ad omnes Ecclesias tuas, quæ sunt in vniuerso mundo, & benedicimus tibi, quia per crucem sanctam tuam redemisti mundum. Et postea Dominus dedit mihi tantam fidem in Sacerdotibus, qui viuunt secundum formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, propter ordinem ipsorum. Quod si facerent mihi persecutionē, volo recurrere ad ipsos. Et si haberem tantam sapientiam,

quantam habuit Salomon, & inuenirem pauperculos Sacerdotes huius sæculi in Parochijs suis, in quibus morantur: nolo prædicare contra voluntatem eorum. Et ipsos, & omnes alios volo timere, amare, & honorare sicut meos Dominos. Et in ipsis nolo cōsiderare peccatum, quia Filiū Dei discerno in ipsis, & Domini mei sunt. Et propter hoc facio, quia nihil video corporaliter in hoc sæculo, de ipso altissimo filio Dei, nisi sanctissimū Corpus & Sanguinē suum, quod ipsi recipiunt, & ipsi soli alijs ministrant. Et hæc sanctissima mysteria super omnia volo honorare, & venerari, & in locis pretiosis collocare. Sanctissima nomina & verba ipsi-

ba ipsius scripta vbicunque inuenero in locis illicitis, volo colligere, & rogo quod colligantur, & in loco honesto collocentur. Et omnes Theologos, qui ministrant nobis sanctissima verba diuina, debemus honorare & venerari, sicut eos qui ministrant nobis spiritum & vitam. Et postquam Dominus dedit mihi de fratribus, nemo ostendit mihi quid deberem facere, sed ipse altissimus reuelauit mihi, quòd deberem viuere secundùm formā sancti Euangelij. Et ego paucis verbis & simplicibus feci scribi, & Dominus Papa confirmauit mihi. Et illi qui veniebant ad recipiendum vitam istam, omnia quæ habere poterant, pauperibus eroga-

erogabant. Et eramus contenti vna tunica, intus & foris repeciata, qui volebant cum cingulo & braccis: & nolebamus plus habere. Officium dicebamus nos Clerici, secundùm alios Clericos. Et Laici dicebant *Pater noster*. Et satis libenter manebamus in Ecclesijs derelictis, & eramus idiotæ, & subditi omnibus propter Deum. Et ego manibus meis laborabam, & volo laborare, & omnes alij Fratres volo quod laborent, de labore illo qui pertinent ad honestatem. Et qui nesciunt, discant: non propter cupiditatem recipiendi pretiũ laboris, sed propter bonum exemplum & ad repellendam otiositatem. Et quando non dabatur nobis

pre-

pretium laboris, recurrebamus ad mensam Domini, petendo eleemosynã ostiatim. Salutationem mihi Dominus reuelauit vt dicerẽ: Dominus det tibi pacem. Caueant sibi Fratres, vt Ecclesias, habitacula, & omnia alia quæ pro ipsis construuntur, penitus non recipiant: nisi essent, sicut decet sanctam paupertatem, quam in Regula promisimus: semper ibi habitãtes sicut aduenæ & peregrini. Præcipio Fratrib9 vniuersis per obediẽtiã, quòd vbicunq; sint, non audeãt petere aliquã literã in Curia Romana, neq; pro Ecclesia, neq: pro aliquo loco, neq; sub specie prædicationis, neq; pro persecutione corporũ suorũ: sed vbicunq; non fuerint re-

cepti

cepti, fugiant ad aliam terram, ad faciendam pœnitentiam cum benedictione Dei: & firmiter volo obedire Ministro Generali huius fraternitatis, & illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare. Et ita volo esse captus in manibus suis, vt non possim ire vel facere vltra obedientiam, & voluntatem suam, quia Dominus meus est. Et quamuis sim simplex & infirmus, tamen semper volo habere Clericum, qui mihi faciat officium, sicut in Regula continetur. Et omnes alij Fratres teneantur ita obedire Guardianis suis, & facere officium secundùm Regulam. Et quicunque inuenti essent, qui non facerent officium secundùm Regulam

gulam, aut vellent alio modo variare, aut non essent Catholici: omnes Fratres vbicunque sunt, per obedientiam teneantur, quòd vbicunque inuenerint aliquem ipsorum, proximiori Custodi illius loci, vbi illum inuenerint, repræsentare debent. Et ipse firmiter teneatur per obedientiam ipsum custodire, sicut hominem in vinculis die nocteque, ita quod non possit eripi de manibus suis, donec in propria persona ipsum repræsentet in manibus sui Ministri. Et Minister firmiter teneatur per obedientiam mittere ipsum per tales fratres, qui die noctuque custodiant ipsum sicut hominem in vinculis

culis, donec repręsentet ipso corā Domino Hostiensi, qui est Dominus, Protector, & corrector huius Fraternitatis. Et non dicant Fratres: hæc est alia regula, quia hæc est recordatio, admonitio, exhortatio, & meum Testamentum, quod ego Frater Franciscus paruulus vester, facio vobis Fratribus meis benedictis: Propter hoc, vt Regulam quam Domino promisimus, meliùs Catholicè obseruemus. Et Generalis Minister, & omnes alij Ministri, & Custodes, teneantur in istis verbis non addere vel demere. Et semper hoc scriptum habeant secum iuxta Regulam, & in omnibus Capitulis quando legunt Regulam, legant & ista verba.

Et omnibus Fratribus meis Clericis & Laicis præcipio per obedientiam, vt non mittant glossas in Regulam, neque in istis verbis dicendo: Ità voluit intelligi. Sed sicut Dominus dedit mihi simpliciter & purè dicere & scribere, sine glossa intelligatis, & cum sancta operatione obseruetis vsque in finem. Et quicunque hæc obseruauerit, in cœlo repleatur benedictione Altissimi Patris, & in terra repleatur benedictione Dilecti Filij sui, cum sanctissimo Spiritu paracleto, & omnibus virtutibus cælorum, & omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus, paruulus vester

& seruus, quantumcunque possum, confirmo vobis intus & foris istam sanctissimam benedictionem in æternum.

AMEN.